6
3-e
44

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
6
1 C
20

ille magnus erit
Ramus est magnus.

[illegible] is [illegible]mentis prauo opin: q:
[illegible] eloquentia ad ſe-
[illegible] item ſapientiam compara, ea
quippe ſola est certa utriuſq. poſſeſſio.
Xo

h

R
I
51

PETRI RAMI PROFESSORIS REGII GRAMMATICA GRÆCA,

præcipué quatenus á Latina dif-
fert, in libros quatuor
digeſta.

Ante obitum auctoris de novo compilata, aucta & elucidata, nunc veró diligenti recognitione plurimis in locis emendata, notisq́; inſuper illuſtrata.



FRANCOFURDI
Apud heredes Andreæ Wecheli,
MDLXXXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

P. RAMI
PRÆFATIO.

A SERMONE Græco puerum incipere malo (ait Fab. Quintil.) quia Latinus pluribus in uſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet ſimul, quia diſciplinis quoque Græcis priús inſtituendus eſt, unde & noſtræ fluxerunt. At nos ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς videlicet Latinam Grammaticã ſuis partibus integram priús edidimus: deinde communibus utriuſq; prætermiſſis, ſuccinctè tantùm collegimus Græcæ cum Latina differentiam. Quamobrem dices? Quoniam (inquam) cùm utraq; Latina pariter & Græca peregrina nobis eſt, & ad cultum ornatumq; domeſticæ linguæ referenda: Latinæ tamen uſus ad loquẽdum & ſcribendum re-

quiritur in omnibus Reipubl. partibus, ſive religionē & jura civilia pontificiaque, ſive liberales & ingenuas artes, ſive varia plurimorum populorum commercia conſideres: Græcæ veró non dictio quidem illa vel ſcriptura, ſed duntaxat intelligentia, & quidē in paucis, nempe religionis & artium ſtudiis, vulgó putatur eſſe neceſſaria. Itaq; ſi tempori parêre & neceſſitati obſequi rectum & juſtum videatur, nihil alienum ſit, Latinam Grammaticam nobis in hac Repub. conſtitutis pleniús expoſitam eſſe, tum Græcæ præcepta reliqua Latinis tantúm non communia breviús indicari.

PE-

PETRI RAMI GRAMMATICA GRÆCA, PRÆCIPUE QUATENUS á Latina differt.

De literis. Cap. I.

LITERÆ cujuſque proponitur primó figura, deinde nomen, poſtremó valor per Latinam literam.

Α α	Αλφά	*Alpha*	*A a.*
Ε ε	Εψιλὸν	*Epſilon*	*E e tenue, ſeu breve.*
Η η	Ητα	*Eta*	*E e craſſum, ſeu longum.*
Ι ι	Ιῶτα	*Iota*	*I i.*
Ο ο	Ομικρὸν	*Omicron*	*O o paruum, ſeu breve.*
Ω ω	Ωμέγα	*Omega*	*O o magnum, ſeu longum.*
Υ υ	Υψιλὸν	*Ypſilon*	*Y tenue, u liquidum.*

Literarum veri ſoni vulgó corruptiſsimi ſunt, & corruptio ipſa patronum habet non uſum, ſed abuſum per varias ſcholas.

Legitimæ autem prolationis & antiquæ teſtimonia duobus libris complexi ſumus, ne quis erroris magiſter jejunas, curioſas, incertas conjecturas opinetur, ut ab inferis excitandos priſcos exiſtimet, cúm eos perſpicué loquentes & teſtificantes audiat. Vocalis η *vulgó vitioſé profertur ut* ι, *cúm ſonare debeat ut* e *maſculum Gallis ſonat. Quod* βῆ βῆ, *balatu ovium, Cratini locus ille indicat, apud Euſtathium:*

Ὁ δ᾽ ἠλίθιος, ὥσπερ πρόβατον, βῆ βῆ λέγων βαδίζει:

Iſte fatuus, perinde ac ovis, be be dicens incedit. Simili vitio pronuntiatur ω *ut* ο, & *nominibus noſtro ſono mendacibus vocales diſtinguuntur, cúm iſta brevis & longi ſoni differentia ſimiliter differant* ε & η, ο & ω. *Vocalibus tamen reliquis* α, ι, υ, *longis, nullam figuram propriam Græci tribuerunt: cúm par eſſet in utriſq; ratio. Deinde Græci* υ *vocarunt*

ψιλὸν,

ψιλὸν, cúm nulla eſſet oppoſita vocalis, á qua per hoc epitheton divideretur, ut ἐψιλὸν ab ἦτα, ut ο parvum ab ω magno. Quidam referunt hoc epitheton contra diphthongum ȣ, quám apté, ipſi viderint: malim tenue referre ad gracilẽ ſuavemq́; ſonum, quo renidet & ſubridet vocalis hæc ultima. Atqui vitioſé profertur per ι, cúm proferenda ſit ut u *liquida in* ſanguis & lingua. *Propoſitos autem vocalium ſonos vernaculæ linguæ diſtinguunt, ut pudor ſit á diſertiſſimæ linguæ doctoribus confundi.*

E conſonis ſemivocalibus prima eſt Σ, σ, ς, Σῖγμα *Sigma:* Ṣ, *s: Es. Hoc elementum Græcis* ἄσημον & μοναδικὸν *dicitur, expers ſigni & ſolitarium, quia nõ ſit liquida nec immutabilis in declinationibus nominum & verborum, ut aliæ ſemivocales quatuor: attamen aliquando & Græcis liqueſcit, & Latinis*

antiquis liqueſcebat.

Ῥ ρ	Ρῶ	*Ro*	*Rr*	*Er.*
Λ λ	Λάμϐδα	*Lambda*	*Ll*	*El.*
Μ μ	Μῦ	*My*	*Mm*	*Em.*
Ν ν	Νῦ	*Ny*	*Nn*	*En.*

Hinc ſonus Græcis appellatur mygmus & nygmus, ſonus quidam compreſsis ad extremas oras labiis partim intus mugiens, partim per nares exiens.

Mutæ ſunt eædem quæ Latinis:

Τ τ ʇ	Ταῦ	*Tau*	*Tt*	*Te.*
Δ δ ∂	Δέλτα	*Delta*	*Dd*	*De.*
Κ κ	Κάππα	*Cappa*	*Kk*	*Ka.*
Γ γ ϝ	Γάμμα	*Gamma*	*Gg*	*Ge.*
Β β ϐ	Βῆτα	*Beta*	*Bb*	*Be.*
Π π ϖ	Πῖ	*Pi*	*Pp*	*Pe.*

Additur literis ſpiritus tenuis & aſper: tenuis ſic notatur ᾿: aſper ſic ῾. Quælibet vocalis initio habet alterum ſpiritum, ut ἐγὼ ego, ἅμα ſimul. Υ initio ſemper denſatur, ut ὕδωρ aqua,

qua, ὑπὸ ſub. Cæteræ vocales ſæpius levigantur. Sed nota levis ſpiritus inutilis videtur, cúm intelligatur ubi aſper deſit.

Veteres etiam in medio ſpiritum addebant, ut πρᾶὁς *manſuetus,* ταὧς *pavo: ut Latini in mihi & mehe. Æoles omnino nihil aſpirãt: inde* ἄμμες *pro* ἡμεῖς, *nos:* ὔμμες *per* ὑμεῖς, *vos:* ἄπτω *pro* ἅπτω, *apto, necto.*

E conſonis quatuor aſpirantur: ῥῶ ſemper initio dictionis, ut ῥώμη robur.

Quidam excipiunt ράρος *robuſtus, venter:* ραριὰς *Rarias, Cereris epitheton apud Suidam:* ράριον *puer,* ρωρὸς *vehemens, propter* ρ *geminatum. Sed Æolum videntur hæc nihil aſpirantium.*

In medio ſimplex tenuatur, nec ullo ſpiritu notatur, ut illa ραριὰς, ράριον.

Poetæ tamen metri cauſſa alterum ρ tollunt, & reliquum aſpirant, ut ἄρεκτον pro ἄῤῥεκτον infectum.

At in medio, ſi geminatum ſit, prius tenuatur, poſterius aſpiratur, ut πόῤῥω longé: nulla enim ſyllaba Græca deſinit in aſpiratam, ſed ſi litera aſpirabilis geminetur, prior eſt tenuis, poſterior aſpirata, ut Ἀτθὶς, Σαπφὼ, Βάκχος, Attica, Sappho, Bacchus.

E mutis tres aſpirantur, τ, κ, π: ſed nomina & characteres hîc habuerunt θῆτα, χῖ, φῖ: *quamvis vocalibus aſpiratis, atque ρ, nomen nullum, character nullus poſitus ſit.*

Compendia conſonantium tria ſunt:

1 Z ζ ζ Ζῆτα Zeta eſt pro σσ, id eſt gemino σ in medio, ut πλάζω fingo pro πλάσσω, ἀνάζω regno pro ἀνάσσω.

At hoc ſyllabis diviſum compendium non ſatis congruum videatur. Æoles reſol-

reſolvunt in δσ*: ut* Δσεὺς *Jupiter pro* Ζεὺς, μελίσδειν *mele canere (ſeu modulari) pro* μελίζειν. *Dobres reſolvunt in* σδ, μελίσδεν, συρίσδεν *ſibilare ſeu fiſtulare.*

2 Ξ ξ Ξῖ *Xi*, eſt κσ vel γσ vel χσ, quod intelligitur é caſibus, ut μύσταξ μύστακος, barba ſuperioris labri: ἅρπαξ ἅρπαγος rapax, θρὶξ τριχὸς pilus.

3 Ψ ψ Ψῖ *Pſi* pro βσ, πσ, φσ, ut Ἄραψ Ἄραβος Arabs: Κύκλωψ Κύκλωπος Cyclops: Κίνυψ Κίνυφος Cinyps fluuius.

Itaq; literæ omnes Græcæ ſuis nominibus appellãtur præter quatuor ε, ο, ω, υ, *quod Plato in Cratylo monuit. E conſonantibus, quinq; ſonum vulgó mutant aliæ ante alias,* ν, τ, κ, γ, π: ν *ante* μ, β, π, φ, *ſonat ut* μ: *&* π *poſt* μ *in eadem voce, vel poſt* ν *in diverſa eiuſdem ſententiæ, ut* b *Latinum:* τὴν μερίδα, *tim merida, partem:* τὸν βίον, *tom bion, vitam:* τὸν πίθον, *tom bithon, dolium:* πέμπω, *pembo, mitto. At*

hic barbariſmus ſit Quintiliano, neganti ullam vocem Græcam m *litera cludi: & in* β *ridiculum eſt literam vau ſonare, cùm beta uno eodemq́; ſono apud Græcos literæ, apud Latinos oleris nomen fuerit, vel ætate Auguſtini, ut ipſe ait 2 lib. de Doctrina Chriſt.* Τ *poſt* ν *ſonat ut* δ, τὸν Ταντάλον, *ton Dandalon, Tantalum:* κ *poſt* γ, *ſonat ut* γ: *at* γ *ante* κ, γ, χ, ξ, *ſonat ut* ν, πέφαγκα *apparui, pephanga:* ἔγχος *haſta, enchos:* ἄγγελος *angelus, angelos:* λύγξ *lynx.*

Literæ τ *&* δ, κ *&* γ, π *&* β, *magis ſunt affines: argumentum tamen nullum ſit, ut non ſcripta litera, pro ſcripta proferatur, niſi veterum authoritas appareat. Lucianus in Judicio vocalium ſatis indicat* δ *pro* τ *proferri non ſolere, quin contrá* τ *in nonnullis pro* δ: *falſumq́; eſſet Luciani crimen, ſi* ἐντελέχεια *proferatur ut* ἐνδελέχεια. *Quare tota hæc in literis ſono-*

ſonorum imitatio ex abuſu corruptæ linguæ nata videatur: ut proferendæ ſingulæ ſint pro ſua poteſtate.

Græcarum veró literarum numerus priús haberi jam olim ſolitus eſt, quám per genera & ſpecies dividi, & quidem hac generum confuſione: Α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω. unde numerandi notæ factæ ſunt.

Cap. 2. De Diphthongo.

Diphthongi:

αι	Αἴας	Aiax.
αυ	αὖρα	aura.
ει	εἶα	eia.
ευ	εὖγε	euge.
οι	Τροία	Troia.
ου	οὖρον	urina.

υι eſt in paucis, ut ἅρπυια harpuia: ſic ὀπυίω, in matrimonio habeo.

Brevis aliquando mutatur in longam, ut pro εἴκαζον, ἴθυνον, οἴκιζον, dicitur ἤικαζον, ἤυθυνον, ὤικιζον, aſſimilabam, dirigebam, habitare faciebam. at ὡὑτὸς & τωὐτὸ, Ionica craſi pro ὁ αὐτὸς & τὸ αὐτὸ, idem.

ηι, ωι in antiquis exemplaribus manu ſcriptum eſt: hodieq; cúm majoribus & (ut vocant) capitalibus literis utimur, ſcribitur, ut ΤΗι ΜΟΙΡΑι, ΤΩι ΛΟΓΩι. *At jam paſsim & vulgó ſcribitur ῃ ῳ, ut ᾳ pro αι. veraq; diphthongorum proſodia & orthographia valde corrupta eſt. αι ſonat ut ε: in dativis & perſonis quibuſdam ᾳ profertur ut α. ſic ῃ ſonat ut ι, ῳ ut ο. proferendæ tamen ſunt tanquã ſcriberentur αι, ηι, ωι: ut ſi muſę ſcriberes pro muſæ, ſicuti vulgó ſcribitur, cõſimiliter tamẽ utrobiq; proferres. ita cúm ſcribitur contracté ἡρῴνη pro ἡρωΐνη heroina: tamen utrobiq; proferendum eſſe elemen-*

mentum duplex, ſed hîc in duas ſyllabas diviſum, illic in unam contractum. Item in ει, οι, υι, vitioſé profertur ι ſolum. Nam ſonus οι Apollinis oraculo illo non ſcripto egregié refellitur:

Ἥξει δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Veniet Doriacum bellum & peſtis ſimul cum ipſo.

In hoc verſu alii proferebant λιμὸν famẽ, alii λοιμὸν peſtem. At peſtis interventu intellectum eſt fuiſſe λοιμὸν in verſu: quód ſi fames ſecuta eſſet, judicatum eſſet, fuiſſe λιμόν. Ergo Thucydidis judicio alius eſt ſonus vocalis ι, alius diphthongi οι. In αυ, ευ, ηυ, ωυ, vocalis jucundiſsima efflatur ut v vel f, quæ literæ nullæ ſunt in Græcarũ literarum alphabeto. Reliqua eſt una ου, quæ recté videatur proferri: ſi tamen diphthongus Græca recté proferatur ut u vocalis Latina. Intoleranda itaq; barbaria eſt (quamvis grammatiſta noſter tole-

tolerandam prædicet) ne quid temere immutetur, tres vocales, η, ι, υ, quatuor diphthongos, ει, οι, ῃ, υι, ſonare ut ι. Tantus igitur abuſus corrigendus eſt.

Græci in medio dictionis cōſonas quaſdam conjungunt quæ non conjunguntur initiô, ut σθλ, σθμ, in ἐσθλὸς bonus, ἆσθμα anhelitus, contrá quám Latiné fit.

Cap. 3. De quantitate.

Syllaba brevis eſt primó é vocali perpetuó brevi ſine poſitione, ut λέγε dic, λόγος ſermo: vel ex α, ι, υ, per ſe brevibus, quales ſunt omnes in fine vocis, etiam ſequente σ: item α & υ ſequente ν: ut τράπεζα menſa, ἔτυψα verberavi: δίψας dipſas, ἔτυψας verberaſti: τράπεζαν menſam, ἔτυψαν verberarunt. μέλι mel, τύπτουσι verberant: Πάρις Paris, πόλις civitas. σὺ tu, δάκρυ lacryma: πῆχυς cubitus, ἄδακρυς ſine lacrymis:

crymis: ζευγνὺς jungens, τὸν βαρὺν gravem.

Syllaba longa natura primó ex η, ω, & diphthongo: ut ἥρως heros, εὔνους benevolus. deinde contracta quælibet, ἀργυρέα ἀργυρᾶ argentea, τοὺς ὄφιας ὄφις ſerpentes, τὰς δρύας δρῦς quercus. tum é finalibus α & υ, ſequente ρ: & ι, ſequente ν: ut ὁ Κὰρ Car, ὁ ψὰρ ſturnus avis: τὸ πῦρ ignis, ὁ μάρτυρ teſtis: ἡμῖν nobis, ὑμῖν vobis. Longa poſitione, ut ἔψαλλον digitis pulſabam.

Anceps, ut α, ι, υ, in καλὸς honeſtus, φίλος amicus, ὕδωρ aqua, φύω naſcor: ubi produci poteſt & corripi, quales voces Hephæſtioni enumerantur ſexaginta ſex, aliis Grammaticis multo plures. In quibuſdam tantúm longæ ſunt, in quibuſdam tantúm breves, quales ſunt longé plurimæ. ancipites tamen vulgó dicuntur ſecus

α,ι,υ, nempe quia non ſunt perpetuó neque longæ neque breves, ſed more Latinarum in aliis vocibus longæ, in aliis breves: quales etiam ſunt in verſu licentia poëtica η,ω, & diphthōgi, quum ſcilicet eas vocem claudentes in ſequentis initio vocalis excipit: ut Iliad. λ,

ὡς ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ:

Velut quando ignis lucidus in lignoſa incidit ſylva.

Hîc ῳ & ῃ corripiuntur.

Cap. 4. De accentu.

Accentus notatur ut Latinis: & eſt in unica ſyllaba dictionis, quamvis polyſyllabæ, unicus. Accentus acutus poteſt eſſe in ultima, penultima, antepenultima. unde vox oxytona dicitur, ut θεός Deus: paroxytona, ut λόγος oratio: proparoxytona,

ut

ut τύπτομεν verberamus. Antepenultima non acuitur, ſi ultima longa ſit: niſi in Atticis, ut λέξεως dictionis, πόλεων civitatum: & finalibus αι, οι, ut τράπεζαι menſæ, βούλομαι volo, ἄγγελοι nuntii, ἅγιοι ſancti: quia hæ diphthõgi tum pro brevibus habentur: alioqui naturã retinent, ut τραπέζαις menſis, ἀγγέλοις nuntiis.

Si acuti declinabilis ſyllaba tollatur, retrahitur accentus in proximã, ut δείν᾽ ἔπαθε, φήμ᾽ ἐγώ: pro δεινὰ ἔπαθε gravia paſſus eſt, φημὶ ἐγὼ dico ego.

Gravis in vltima tantúm eſſe poteſt. Nam ultima acuta, fit gravis ob ſequentem in eadẽ ſententia vocem, ut θεὸς ἡμῶν Deus noſter.

Excipe ſi enclitica vox interveniat, θεός ἐστιν ἀγαθὸς Deus eſt bonus. Eſt autẽ vox enclitica, quæ accentum remittit in præcedentem ſyllabam, ſed modó in ea-

dem dictione, ut εἴ ἐςι *ſi eſt: modó in diverſa, ut* ἄνθρωπός ποτε, *homo quandoq;. Aliquãdo etiam prorſus abjicit, ut* Ἀτρείδης τε, πάτρος γε. *Sic* ἐπέγνων σου τὴν ἐπιςολήν, *agnovi epiſtolam tuam. Reperies autem* σῶμά σου *corpus tuum, &* σώματά σου *corpora tua, & ſimilia, inflectentia penultimam, & acuentia antepenultimam: non autem* λόγός σου, *nec ejuſmodi penacuta. Porro enclitica ſunt,* τὶς τινὸς *quis cujus, infinitum:* τοῦ τῳ, *cujus cui, pro* τινὸς τινὶ *cujus cui:* μοῦ *mei,* μοὶ *mihi,* μὲ *me:* σοῦ *tui,* σοὶ *tibi,* σὲ *te:* εἰμὶ *ſum,* φημὶ *dico, toto præſenti. item illa infinité capta,* ποθὲν *unde,* ποθὶ *ubi,* ποτὲ *quando,* πῶς *quomodo,* πὼ *quaquam, adhuc,* ποῦ *uſpiam,* πῆ *qua,* τὲ *que,* γὲ *quidem,* κὲ κὲν, νὺ νῦν, ῥὰ, τοὶ, θὴν, πέρ.

Intelligitur gravis in omnibus ſyllabis nullo affectis accentu: unde & ſyllabicus accẽtus appellatur: & vox

quæ-

quælibet dicitur gravitona, quæ nullum in ultima primarium habeat accentum.

Accentus circumflexus poteſt eſſe in ultima & penultima, ſed tantum natura longa: in ultima, ut, βοάω βοῶ clamo: ubi ex acuto & gravi fit circumflexus. Penultima circumflectitur quando ultima fit brevis, ut βοάετε βοᾶτε clamatis. Illic vox periſpomena, hîc properiſpomena dicitur. ευ & ου finales inflectuntur, ut βασιλεῦ rex, πανταχοῦ ubiq;. Monoſyllaba longa poſt apocopen acuuntur, vt χρὴ, pro χρῆσι, oportet: poſt aphæreſim circumflectuntur, ut ἔφην, ἔφης, ἔφη: φῆν, φῆς, φῆ, dicebam, dicebas, dicebat. Brevia veró acuuntur, ut ἔβαν βὰν, pro ἔβησαν ierunt.

Interdum præter accentum nativum, aſſumitur & alter, propter encliticas di-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ctiones: ut σῶμά σου corpus tuum, ἤκουσέ μου audivit me. Syncope retrahit accentum in proximam, ut Δημήτερα, Δήμητρα, Cererem: ὁμόπατροι, ὅπατροι, eodem patre nati. Apocope & paragoge non mutant, ut τυπτέμεν pro τυπτέμεναι verberare, καλοῖσι pro καλοῖς honeſtis: niſi neceſſarió ob additam ſyllabam migret, ut Αἴαντες Aiaces, Αἰάντεσσι Aiacibus. Monoſyllaba á vocali incipientia accentu carent, ut ὁ ἡ, εἰς & ἐς in, ἐν in, ἐξ & ἐκ ex, εἰ ſi, ὡς ut, οὐκ & οὐ non, in fine periodi tamen οὔ. Excipe ἢ aut, ὦ o, ὢ hei. Item ὃς qui, ἣ quæ, ὃ quod: & hinc nata adverbia, ᾗ qua, οὗ & οἷ ubi: quibus adde ὣς ſic, & ſimilia. Mutationes accentuum præcipué percipientur inflexione nominum & verborum.

Apoſtrophus non eſt in una voce, ſed in conjunctione complurium: ideoq; dicetur in ſyntaxi.

Cap. 5. De notatione.

Derivata ſæpe quantitatem mutant, præſertim cúm alteram vocalem tollunt, ut á πείθω ſuadeo, prima brevi πιθανὸς ſuaſibilis: item á φεύγω fugio, φυγὴ fuga: μανία furor primam corripit, μανικὸς furioſus producit. Commutat veró etiam compoſitio accentum, ut σοφὸς ſapiens, φιλόσοφος philoſophus: αὐτὸς ipſe, φίλαυτος amãs ſui: quod in monoſyllabis perpetuũ eſt, ut παῖς puer, εὔπαις bonus puer (vel felix liberis): χθὼν terra, αὐτόχθων indigena: ποὺς pes, πολύπους multipes. Properiſpomena accentũ retrahunt in præcedentem, ut δοῦλος ſervus εὔδουλος benignus ſervis: μοῦσα muſa, ἔμμουσος in quo muſica concinnitas ineſt.

Compoſitionis fœcunditas multò ma-

jor eſt Græcis quàm Latinis. Plautus dixit Nugipolyloquides, Argentiextenebronides, & alia ſimiliter: ſed elegantiæ Græcæ imparia. Græcis ſiquidem quandoq; é quatuor vocibus una fit, ἵσταμαι *ſto,* ἀνίσταμαι *ſurgo,* ἐπανίσταμαι *inſurgo,* συνεπανίσταμαι *uná inſurgo ſeu conjuro. aliquãdo é quinq;,* καθαπερανεὶ *perinde ac ſi, é* κατὰ, ἃ, πὲρ, ἂν, εἰ. *una eſt apud Ariſtophanem in fine* Ἐκκλησιαζουσῶν *Concionãtium undeviginti partibus conſtituta. Hîc præcipué tres particulæ uſum habent,* α, εὐ, δυς. α *privat,* ἄλογος *irrationalis,* ἄμουσος *non initiatus Muſis,* ἄτεχνος *iners: quibus contraria,* λογικὸς *rationalis,* μουσικὸς *muſicus,* τεχνικὸς *peritus: ejuſmodi enim nomina in* ικὸς, *præpoſito* α, *abjiciũt* ικ. εὖ *facilitatem & commoditatem oſtendit,* εὔθυμος *qui bono animo eſt,* εὔβωλος *uberes habens glebas,* εὔλυτος *facilis ſolutu:* εὐθυμία *lætitia,* εὔνοια *benevolentia,* εὐ-

μάθεια

μάθεια docilitas, εὐφροσύνη lætitia, εὐγνωμοσύνη probitas. δυς contrariam difficultatem & incommoditatem indicat, δύσκολος difficilis, δύστροπος moroſus, δύσελπις ægré ſperans: δυσφορία difficultas tolerandi, δυσκρασία intemperies, δύσπνοια difficultas ſpirandi. Poetæ alias etiam particulas præfigunt, ex quibus augent ἔρι valde, ἄρι valde, ζὰ præ, ut ἐρίτιμος valde pretioſus, ἀρίδηλος valde manifeſtus, ζάπλουτος prædives. νὲ & νὴ negant, νέποδες carentes pedibus, νήποινος impunis. φὶ φὶν χὶ ponuntur in fine, ἑτέρηφι altera, pro ἑτέρα: ἀπὸ νευρῆφι á nervo, pro ἀπὸ νευρᾶς: ἧχι pro ᾗ cui, vel quá adverb.

Cap. 6. De Contractione.

Contractio compoſitionis ſpecies quædam eſt omnium vocũ communis, vocalium nempe ſyllabis diviſarum in ſyllabam longam com-

prehenſio. Lingua communis & Attica ſæpe contrahit, Ionica autē nunquam. Communes contractiones præponentur, propriæ dicentur propriis locis. Longa veró ſyllaba (in quam fit communis contractio) eſt α, vel longa natura.

α ex αε, χρέαε χρέα carnes, βόαε βόα clama. Longa natura eſt ſequens vocalis aut diphthongus.

η ex εη, Ἀπελλέης Ἀπελλῆς Apelles, ποιέητε ποιῆτε faciatis.

ῃ ex εῃ, Ἀπελλέῃ Ἀπελλῇ Apelli, ποιέῃς ποιῇς facias.

ω ex εω, ἀληθέων ἀληθῶν verorum, ποιέω ποιῶ facio.

ex οω, νόων νῶν mentium, χρυσόω χρυσῶ inauro.

ex αω, χρεάων χρεῶν carnium, βοάω βοῶ clamo. item

ex αο, χρέαος χρέως carnis, βοάον βοῶν clamans. ex

ex αϋ, σάϋς σῶς ſalvos: τιμάϋσι τιμῶσι honorant. Sic

ῳ ex αοι, κρεάοιν κρεῷν carnium, βοάοις βοῷς clamares.

οι ex εοι, χρύσεοι χρυσοῖ aurei, ποιέοις ποιοῖς faceres.

ex οοι, νόοι νοῖ mentes, χρυσόοις χρυσοῖς inaurares.

ου ex εου, χρυσέους χρυσοῦς aureos, ποιέουσι ποιοῦσι faciunt.

ex οο, νόος νοῦς mens, χρυσόομεν χρυσοῦμεν inauramus.

ex οε, νόε νοῦ mẽs, χρύσοε χρύσου inaura.

ex εο, ἀληθέος ἀληθοῦς veri, ποιέομεν ποιοῦμεν facimus.

ex οει, ἀμαθόεις ἀμαθοῦς arenoſus, χρυσόειν χρυσοῦν inaurare.

ex οϋ: ἁπλόους ἁπλοῦς ſimplices, χρυσόουσι χρυσοῦσι inaurant.

ει unica eſt ex εέ, ἀληθέες ἀληθεῖς veri, ποίεε ποίει fac. Itaque contractiones

communes ſunt octo: tres vocales, α, η, ω, quinq; diphthongi ει, ῃ, οι, ῳ, ου.

Cap. 7. De numero & caſu.

Numerus multitudinis, eſt dualis aut pluralis. Dualis, quo duæ res explicantur, præcipué quæ geminæ ſunt, ut Αἴαντε Aiaces duo, ὀφθαλμὼ ambo oculi, τύπτετον ambo verberāt. Pluralis, quo res duabus plures explicantur, ut Αἴαντες Aiaces, ὀφθαλμοὶ oculi, τύπτομεν verberamus, τύπτουσι verberant.

Plurali etiam uti licet pro duali. Poetæ veró abutuntur duali pro plurali, κρώξαντε, βοῶντε, pro κρώξαντες crocitantes, βοῶντες clamantes.

Vox numeri varias flexiones habet, cúm propter dialectos ſpeciales, Atticam, Ionicam, Doricam, Æolicam, Poëticam: tum propter contractiones. Ca-

Caſus ablativus Græcis nullus eſt. E caſibus reliquis ſimiles ſunt nominativus & vocativus: item genitivus & dativus duales. Dativus ſingularis deſinit in ι: genitivus dualis in ιν, pluralis in ων.

Cap. 8. De Genere.

Genus feré adſignificatur articulo maſculino ὁ, fœminino ἡ, neutro τό. Neutrum habet in omni numero ſimiles nominativum, accuſativum & vocativum: & in plurali ſemper in α.

In ον deſinens, quicquid ſignificet, eſt neutrum, ut τέκνον filius aut filia, τὸ θυγάτριον filiola. In cæteris ſi mas & fœmina ſignificetur, ſexuſq; appareat, genus eſt commune, ut ὁ καὶ ἡ ὄνος aſinus aſina, ὁ καὶ ἡ ἔλαφος cervus cerva: ſi ſexus non pateat, genus eſt ſimplex, ut ὁ ἀετὸς aquila, ἡ χελιδὼν hi-

rundo : aliquando etiam commune, ut ὁ καὶ ἡ γέρανος grus, ὁ καὶ ἡ χὴν anſer.

Communiter maſculina, Atticé fœminina ſunt, ut

ἄσβολος fuligo,

ὕαλος vitrum,

στρύχνος ſolanum herba,

θόλος tholus, teſtudo ædificii.

Communiter fœminina, Atticé maſculina ſunt,

λιμὸς fames,

χοῦς terra aggeſta,

θὶς acervus, litus.

Communiter maſculina, Ionicé fœminina ſunt,

ἐλλὸς cervus,

ἡμίονος mulus,

κίων columna,

κύων canis,

βοῦς bos,

βῶλος gleba. Itaque genus pro dialecto varia-

variatur. Ariſtoteles τὸ λέοντα promiſcué dicit, pro leone & leæna: idem οἱ ὄρνιθες τίκτουσι, aves gignunt.

Arborum nomina quædam maſculina ſunt,

ὁ ἐρινεὸς *caprificus,*

ὁ λωτὸς *lotus arbor,*

ὁ δρύπαπυρος *ceraſus quædam,*

ὁ κότινος *oleaſter,*

ὁ πτελεὸς *ulmus,*

ὁ φελλὸς *ſuber.*

Adiectiva derivata Atticé communia ſunt, compoſita veró etiam in communi lingua:

ὁ καὶ ἡ κόσμιος *moderatus moderata.*

ὁ καὶ ἡ πάμφιλος *omnium amans.*

ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος *amans ſapientiæ.*

ὁ καὶ ἡ σώφρων *temperans.*

Cap. 9. De flexione ſubſtantivorum per genera.

Eſt in ſubſtantivis permultis fle-

xio per duo genera, ut
αὐλητὴς tibicen, αὐλητρὶς tibicina.
ἄναξ rex, ἄνασσα regina.
ἐργάτης operarius, ἐργάτις operaria.
ἰχθυοπώλης qui vendit piſces, ἰχθυοπώλαινα quæ vendit piſces.
Σκύθης Scytha, Σκυθὶς quæ eſt ex Scythia.
σωτὴρ ſervator, σώτειρα ſervatrix.
σκορπίος ſcorpius, σκόρπαινα & σκορπὶς ſcorpio fœmina.
Λάκων Lacedæmonius, Λάκαινα Lacedæmonia mulier.
λέων leo, λέαινα leæna.
ληστὴς prædo, ληστρὶς prædatrix.
Λίβυς Libys, Λίβυσσα Libyſſa, quæ eſt ex Libya.
λύκος lupus, λύκαινα lupa.
μάγειρος coquus, μαγείραινα coqua.
τέκτων faber, τέκταινα quæ fabricatur.
θεὸς deus, θεὰ dea: poëticè ὁ θέων, ἡ θέαινα.

θερα-

θεράπων vel θέραψ miniſter, θεράπαινα & θεραπαινὶς miniſtra.

Θρᾷξ Thrax, Θρᾷσσα Threſſa.

δεσπότης dominus, δεσπότις & δέσποινα domina.

δικαστὴς judex, δικάστρια quæ judicat.

δότης vel δοτὴρ, δωτὴρ vel δώτωρ dator, δώτειρα datrix.

Κάρ, Καρίνη, & Κάειρα Homero, qui vel quæ ex Caria eſt.

Κίλιξ Κίλισσα, Cilix Ciliſſa, qui vel quæ ex Cilicia eſt.

κυβερνήτης gubernator, κυβερνήτειρα gubernatrix.

Κρὴς Κρῆσσα, Cres Creſſa, qui vel quæ ex Creta eſt, Cretenſis.

γείτων vicinus, γείταινα vicina.

γνάθων paraſitus, γνάθαινα paraſita.

βασιλεὺς rex, βασίλεια, βασίλιννα, βασίλισσα, βασιλὶς regina.

παρακοίτης maritus, παράκοιτις uxor.

πένης πένησσα pauper. πολίτης πολῖτις civis.

ποιητὴς poëta, ποιήτρια quæ poëmata facit.

προστάτης pręfectus, προστάτις pręfecta.

προφήτης propheta, προφῆτις quæ prophetat.

φὰψ palumbus, φάσσα palumba.

Φοίνιξ Phœnix, Φοίνισσα Phœniſſa.

ψάλτης fidicen, ψάλτρια fidicina.

Libet hæc exempla cum ſuis flexionibus pro ratione declinationum in certas terminationes diſtinguere, præmiſſis primúm maſculinis, deinde fœmininis. Pariſyllabæ igitur ſunt

ης αινα: ut ἰχθυοπώλης ἰχθυοπώλαινα: quod motionis genus rarum eſt. Æqué rarum eſt ότης οινα, ut δεσπότης δέσποινα.

ης ις uſitatius eſt: ut ἀρτοπώλης panum venditor, ἀρτόπωλις panum venditrix, ſic verbalia in της, ut ἐργάτης ἐργάτις, προστάτης προστάτις, προφήτης προφῆτις, δεσπότης δεσπότις. (προξενοίτης veró προξένοιτις proparoxytonon) Sic etiam gentilia, Σπαρτιάτης Spartiata, Σπαρτιᾶτις Spartana: πολίτης πολῖτις. A Σκύθης autem oxytonως Σκυθὶς, ut Περσὶς a Πέρσης:

τὴς τρὶς verbalia: ut αὐλητὴς αὐλητρὶς, λῃστὴς λῃστρίς.

της τρια itidem verbalia: ut δικαστὴς δικάστρια, ποιητὴς ποιή-

ποιήτρια, ψάλτης ψάλτρια, κυβερνήτης κυβερνήτρια.

ος α: ut θεὸς θεά.

ος αινα: ut σκορπίος σκόρπαινα, λύκος λύκαινα, μάγειρος μαγείραινα, θεὸς θέαινα.

ος ις: ut σκορπίος σκορπίς. ſic κυνηγὸς venator, κυνηγὶς venatrix.

Hactenus pariſyllabæ: ſequuntur impariſyllabæ:

αξ & αψ ασσα: ut ἄναξ ἄνασσα, Θρᾷξ Θρᾷσσα, φὰψ φάσσα. Attici hæc fœminina per ττα efferunt.

ευς εια, ιννα, ισσα, ις: ut βασιλεὺς rex, non modo βασίλεια, (ut ἱερεὺς ἱέρεια ſacerdos) ſed etiam βασίλιννα, βασίλισσα, βασιλὶς regina.

ης ησσα: ut πένης πένησσα. ſic gentile Κρὴς Κρῆσσα.

ηρ ειρα: ut verbalia σωτὴρ σώτειρα: δοτὴρ & δωτὴρ δότειρα & δώτειρα.

ιξ ισσα: ut Κίλιξ Κίλισσα, Φοίνιξ Φοίνισσα. ſic Ionicum Θρῆιξ Θρήϊσσα pro communi Θρᾷξ Θρᾷσσα.

ωρ ειρα: ut δώτωρ δώτειρα. ſic ὀλέτωρ interemptor, ὀλέτειρα interemptrix.

ων αινα: ut λέων λέαινα, τέκτων τέκταινα, θεράπων θεράπαινα, χίτων χίταινα, γνάθων γνάθαινα. ſic gentile Λάκων Λάκαινα. affertur etiam appellat. θέων θέαινα.

υς υσσα: ut Λίβυς Λίβυσσα.

Si fœmininas quoque terminationes quæ hìc recenſentur, in certas ſpecies digerere velimus, pariſyllaba pura eſt α ab ος puro, εια ab ευς, τρια a της. Impuræ ſpecies tres ſunt. Prima, præcedente σ, (Atticé ττ) ut ασσα ab αξ & αψ, ησσα ab ης, ισσα ab ιξ & ευς, υσσα ab υς. Secunda, præeunte ρ, ut ειρα ab ηρ, & ώτειρα ab ωρ. Tertia, præcedente ν: ut αινα ab ης, ος, &

ων: οινα ab όνης: ινα ab άς. In η veró unum recénſet, Καρίνη a Κάρ. Impariſyllabæ autem terminationes duæ ſunt, ις ab ης, ος, & άς: & τεὶς a της. Reperiuntur & aliæ, de quibus ſuo loco dicetur. nunc enim ſatis habuimus exempla propoſita ex alphabetico ordine in certas terminationum ſpecies juxta declinationum nórmam redigere.

Cap. 10. De comparativis.

Comparativus & ſuperlativus gradus varié formantur. primo á nominativo neutro, addendo τερος & τατος, & quidem ex triplici fine.

1 υς υ: εὐρὺς latus, εὐρύτερος, εὐρύτατος.

At πολὺς *multus*, πλείων (*poeticé* πλέων, τὸ πλέον, *Atticé* πλεῖν, *Ionicé* πλεῦν πλεῦνος) πλεῖστος.

Dupliciter comparata. Sequentia tria habent etiam ίων, ιστος, ut ἡδὺς ſuavis, ἡδύτερος, ἡδίων, ἡδύτατος, ἥδιστος. ſic ὠκὺς velox, βραχὺς brevis.

Tripliciter comparata. Sequentia ſeptem triplicant comparativum, ut

ἐλα-

ἐλαχὺς parvus, ἐλαχύτερος, ἐλαχίων, ἐλάσσων, (Atticé ἐλάττων) ἐλαχύτατος, ἐλάχιστος.
ταχὺς celer, ταχύτερος, ταχίων, θάσσων, (Atticé θάττων) ταχύτατος, τάχιστος.
κρατὺς fortis, κρατύτερος, κρατίων, κράσσων, (Ionicé κρέσσων, unde κρείσσων, & Atticé κρείττων: Doricé κάῤῥων) κρατύτατος, κράτιστος.
γλυκὺς dulcis, γλυκύτερος, γλυκίων, γλύσσων, γλυκύτατος, γλύκιστος. ſic
βαθὺς profundus, βαθύτερος, βαθίων, βάσσων, βαθύτατος, βάθιστος.
βραδὺς tardus, βραδύτερος, βραδίων, βράσσων, βραδύτατος, βράδιστος.
παχὺς craſſus, παχύτερος, παχίων, πάσσων, παχύτατος, πάχιστος.

2 ας αν: ὁ μέλας niger, ἡ μέλαινα nigra, τὸ μέλαν nigrum, μελάντερος, μελάντατος, nigrior, nigerrimus. ὁ τάλας miſer, ἡ τάλαινα miſera, τὸ τάλαν miſerum, τα-

λάντερος miſerior, ταλάντατος miſerrimus. Quæ duo ſola ſunt hujus finis.

At μέγας *magnus*, μείζων *major*, (*poeticé* μάσσων) μέγιστος *maximus*.

3 ης ες: ὁ καὶ ἡ εὐσεβὴς pius pia, τὸ εὐσεβὲς pium, εὐσεβέστερος magis pius, εὐσεβέστατος maximé pius, Curtio piiſſimus. ſic ἀληθὴς verus vera, τὸ ἀληθὲς verum, ἀληθέστερος, ἀληθέστατος.

Secunda formatio ex εις εσσα εν mutat ν in σ, ut χαρίεις gratioſus, χαρίεσσα gratioſa, τὸ χάριεν gratioſum, χαριέστερος gratioſior, χαριέστατος gratioſiſſimus.

Tertia formatio ex ος ον, mutat ο in ω, ut σοφὸς ſapiens, σοφὸν, σοφώτερος ſapientior, σοφώτατος ſapientiſſimus.

Excipe primó: ſi longa præcedat, tum manet ο, *ut* πρᾶος *mitis*, πραότερος, πραότατος: ἔνδοξος *glorioſus*, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος. *Attamen á* κακόξενος *malé hoſpi-*

hoſpites excipiens, apud Hom. Odyſſ. υ, *eſt* κακοξεινώτερος.

Secundò manet ο *in* στενὸς *anguſtus*, στενότερος, στενόтατος, *&* κενὸς *vacuus*, κενότερος, κενότατος: *quippe quæ dicantur ex* στεινὸς *&* κεινὸς *facta*.

Sed in hoc fine anomalia multiplex eſt.

αἰσχρὸς *turpis*, αἰσχίων, αἴσχιστος.

ἀγαθὸς *bonus*, ἀμείνων, ἀρείων, λωΐων, (*neutrum* λώϊον *&* *craſi* λῷον) βελτίων, ἄριστος, λῷστος, βέλτιστος, *&* *aliquando* ἀγαθώτατος: *quod tamen Lucianus improbat, ſed Apollonius &* Joſephus *uſurpant.*

ἁπλόος ἁπλοῦς *ſimplex*, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος. *ſic* ἄθροος *frequens*, ἄνους *amens.*

ἐχθρὸς *inimicus*, ἐχθίων, ἔχθιστος.

ῥᾴδιος *facilis*, ῥᾴων, ῥᾳάτων, ῥᾷστος.

μακρὸς *longus*, μακρίων *&* μακίων, μήκιστος, *pro* μακρότερος μακρότατος.

μικρὸς *parvus*, μικρότερος, μείων, ἥττων, ἐ-

λάττων, μεῖζος, ἥκιστος, ἐλάχιστος. unde etiam ἐλαχιστότερος tanquam minimior, id eſt, longé minor: ſicut ab ἔσχατος extremus fit ἐσχατώτατος Hippocrati, ut Latiné proximior.

καλὸς pulcher, καλλίων, κάλλιστος.

κακὸς malus, poeticé κακώτερος, κακίων, χείρων & poeticé χερείων, (dativo χερείονι χέρηι, accuſativo χέρηα, nominativo plurali χέρηες) ſuperlativo κάκιστος, χείριστος. unde χειρότερος tanquam peßimior.

κυδρὸς clarus, κύδιστος clariſsimus, κυδίστατος longé clariſsimus.

φίλος amicus, φίλτερος, φίλτατος, & poeticé φίλιστος.

Atticiſmus hîc eſt duplex. Primus eſt τερος, τατος ut

ἄμορφος deformis, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος.

ἄφθονος abundãs, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος.

ὀλί-

ὀλίγος paucus, ὀλιγίστερος, ὀλιγίσατος & ὀ-
λίγιστος.

λάλος loquax, λαλίστερος, λαλίστατος.

λάγνος libidinoſus, λαγνίστερος, λαγνίστατος. at ὑβειστικὸς cõtumelioſus, ὑβειστότερος, ὑβειστότατος: & μακάριος beatus, μακαριστότερος, μακαριστότατος.

Secundus Atticiſmus eſt αίτερος αίτατος, ut ἴδιος proprius, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος.

γεραιὸς ſenex, γεραίτερος, γεραίτατος. ſic παλαιὸς antiquus, παλαίτερος, παλαίτατος. ſic σχολαῖος tardus. Fit etiam ex ος non puro, ut μέσος medius, μεσαίτερος, μεσαίτατος. Atq; hæc omnis anomalia eſt ex ος.

3 ων, ad neutrum ον aſſumit ες, ut σώφρων modeſtus, τὸ σῶφρον, σωφρονέστερος, σωφρονέστατος. attamen ὁ καὶ ἡ πέπων maturus, πεπαίτερος.

Oriuntur & é ſubſtantiuis compara-

tiva: ἅρπαξ rapax, ἁρπαγίςατος rapaciſſimus.

ὀψοφάγος obſonator, ὀψοφαγίςατος obſoniis deditiſſimus.

Θεὸς Deus, Θεώτερος divinior, Θεώτατος.

Τὸ κέρδος lucrum, κερδίων utilior, κέρδιςος utiliſſimus.

A genitivo κυνὸς canis, κυνότερον & κύντερον ſævius vel impudentius.

ὁ βασιλεὺς rex, βασιλεύτερος, βασιλεύτατος, magis rex, maximé rex.

ὁ πλήκτης ου, percuſſor, πληκτίςατος maximus percuſſor.

ὁ πότης ου, potor, ποτίςατος. Quidam Latiné dicere tentarunt Nero, Neronior.

Oriuntur é verbis, ut á λείπω relinquo, λείπτερος poſterior, ſecundus, velut qui ordine relinquitur, λείπατος poſtremus.

á βάλλω mitto, βέλτερος & βελτίων melior,

lior, βέλτιστος optimus.

á φέρω fero, φέρτερος, pro φερώτερος, præſtantior, φέρτατος, φέρτιστος, φέριστος, præſtantiſſimus.

E participiis, ut ἐρρωμένος valens, ἐρρωμενέστερος valentior, ἐρρωμενέστατος valētiſſimus: quod Latinis uſitatius eſt, ut amans, amantior, amantiſſimus.

Ex adverbiis, ἄνω ſuprá, ἀνώτερος ſuperior, ἀνώτατος.

ἄφαρ ſtatim, ἀφάρτερος celerior.

ἔξω extrá, ἐξώτερος exterior, ἐξώτατος.

ἐγγὺς prope, ἐγγύτερος, ἐγγίων, ἔασσων & ἄσσων, propior, ἐγγύτατος, ἔγγιστος.

ὄπισθεν poſt, ὀπίστερος poſterior, ὀπίστατος.

ὕψι alté, ὕψιστος altiſſimus.

κάτω infrá, κατώτερος inferior, κατώτατος.

πόρρω longé, πορρώτερος longinquior, πορρώτατος.

E præpoſitionibus, ὑπὲρ ſupra, ὑπέρ-

τερος ſuperior, ὑπέρτατος.
πρὸ pro ſeu præ, πρότερος prior, πρότατος & πρῶτος: unde & Ariſtoteli πρώτιστος tanquam primiſſimus, ut Homero τρίτατος tanquam tertiiſſimus, ut Latinis ipſiſſimus.

Cap. 11. De diminutivis.

Vt comparatione ſignificatio nominis augetur, ſic diminutione decreſcit: cujus forma apud Græcos in ς feré vel ν deſinit: ς præcedente α, ι, ο, υ.

1. ας: Ζηνόδωρος Zenodorus, Ζηνᾶς Zenodorulus. ſic Μηνόδωρος Menodorus, Μηνᾶς Menedorulus.
κόσμος mundus, Κοσμᾶς nomen proprium, quaſi Mundulus.
Θεόχαρις Theocharis, Θεοχαρίλας Theocharilus.
αξ, ut á λίθος lapis, λίθαξ lapillus.

Ρόδος

Ῥόδιος Rhodius, Ῥοδιαξ Rhodiolus.

2. ις: Ἀμφιάραος Amphiaraus, Ἄμφις Amphis nomen Comici poëtæ.

ἀστράγαλος talus, ἄστρις taxillus.

Ἰφιάνασσα Iphianaſſa, Ἶφις Iphis. huc referunt etiam Δάφνις Laureolus.

φίλτατος amiciſſimus, φίντις Doricé amiculus.

Κοτυτὼ Cotyto, dea turpitudinis, κοτυτταρὶς parva Cotyto.

ἄτρακτος fuſus, ἀτρακτυλὶς fuſariola.

ἀντεραστὴς rivalis, ἀντεραστυλὶς: ſic ἀμάρα foſſa, æquæductus, Ἀμαρυλλὶς nomen proprium.

ἔριθος lanam tractans, ἐριθακίς.

θεράπαινα ancilla, θεραπαινὶς ancillula.

κρήνη fons, κρηνὶς fonticulus.

3. ος, χοῖρος porcus, Χοιρίλος propriũ, quaſi porculus.

ζωὸς vivus, Ζωΐλος proprium.

ναύτης nauta, ναυτίλος nautulus.

ἡδὺς jucundus, Ἡδύλος proprium.
αἰσχρὸς turpis, Αἰσχύλος proprium.
ἔρως amor, ἐρωτύλος amorculus.
Ἡρακλῆς Hercules, Ἥρυλλος Heryllus.
Βαθυκλῆς Bathycles, Βάθυλλος Bathyllus.
πρᾶξις actio, Πράξιλλα proprium, quaſi actiuncula.
ἄνθρωπος homo, ἀνθρωπίσκος homunculus.
παῖς puer, παιδίσκος puellus, παιδίσκη puella.
χάρις gratia, Χαρῖνος proprium, tanquam gratioſulus.
φίλος amicus, Φιλῖνος proprium.
φίλη amica, Φίλιννα proprium.
κόρη puella, Κόριννα, & metri cauſa Κόρινα, proprium, quaſi puellula.
Huc referantur:
πόλις oppidum, πολίχνη oppidulum.
ἀνὴρ vir, ἀνδράχνη portulaca.

πίθος

πίθος dolium, πιθάκνη doliolum.

4 ις: Διονύσιος Dionyſius, Διονῖς Dionyſiolus. ſic

Καμῖς Camillus, Κλαυσῖς Clauſillus: in quibus ις producitur.

ἀετὸς aquila, ἀετιδεὺς aquilula.

ἔρως amor, ἐρωτιδεὺς amorculus.

λαγὼς ſiue λαγὸς lepus, λαγιδεὺς lepuſculus.

κύων canis, κυνιδεὺς catellus vel canicula.

In ν non pauciores formæ cadunt præcedente ο vel ω.

1. ον: κόρη puella, κόριον puellula.

γλυκερὰ dulcis, Γλυκέριον Glycerium.

κλεὶς clavis, κλειδίον clavicula.

φίλτατος amiciſſimus, φιλτάτιον amiculus vel amicula cariſſ.

οἶκος domus, οἰκίδιον domuncula.

ἀδελφὴ ſoror, ἀδελφάσιον ſororcula.

εἶδος forma, εἰδύλλιον formula.

ςῆθος pectus, ςηθύνιον pectuſculum.
ζῶον animal, ζωΰφιον animalculum.
ξύλον lignum, ξυλύφιον lignulum.
2. ων. Ἥφαιςος Vulçanus, Ἡφαιςίων nomen proprium.
μωρὸς fatuus, μωρίων morio. Quidam etiam dicunt
Ὑψιπύλη Hypſipyla, Ὑψιπῶν Hypſipylula: itemq́;
κερδαλέα vulpes, κερδῶν vulpecula. Alii veró per ω,
Ὑψιπῶ Hypſipylula, κερδὼ vulpecula.
Dupliciter diminuta. Quædam bis diminuuntur, ut
μεῖραξ adoleſcens, μειράκιον & μειρακύλλιον adoleſcentulus.
ὄψον pulpamentum, ὀψάριον pulpamentulum, ὀψαρίδιον pulpamentillum.
ῥῆμα verbum, ῥημάτιον verbulum, ῥηματίσκιον verbululum.

ἱμά-

ἱμάτιον veſtis, ἱματίδιον veſticula, ἱματιδάριον veſticulula.

ἡ παῖς puera, (ut veteres) παιδίσκη puella, παιδισκάριον puellula. Sæpe ab eodem plura: ut

λόγος ſermo, λογάριον & λογίδιον ſermunculus.

κόρη puella, κοράσιον & κορίσκιον puellula.

παῖς, παιδίον, παιδάριον, παιδίσκος, ut Latinè puer, puerulus, puellus, puſio: bonus, bellus, bellulus, bellatulus apud Plautum.

Cap. 12. De pariſyllaba 1 maſculina.

Declinatio pariſyllaba eſt, cujus ſingularis genitivus non creſcit, dativuſq; in diphthongum deſinit; accuſativus in ν, cum vocali nominativi. Accuſativus pariſyllabus ſequitur

quantitatem nominativi, ut Αἰνείας, Αἰνείαν, τράπεζα menſa, τράπεζαν menſam: παρθένος virgo, παρθένον virginem.

Dativo plurali additur ι Atticé, Æolicé. Caſus impariſyllabus é pariſyllabo producit penultimam, ἄϊδου, ἀΐδαο, inferni: μουσῶν, μουσάων, Muſarum. At Πηληϊάδεω & ſimilia Ionica corripiunt.

Oxytona genitivos & dativos cujuſque numeri circumflectunt: ut λῃστής, οῦ, ῆ, prædo: ἀρά, ᾶς, ᾷ, imprecatio: σποδός, οῦ, ῷ, cinis.

Declinatio pariſyllaba duplex eſt. prima, cujus dualis deſinit in α, αιν: pluralis in αι, ῶν, αις, ας.

Genitivum pluralem circumflectunt etiam barytona: ut ἀτρείδης Atrei filius, ἀτρειδῶν: ἅμαξα plauſtrum, ἁμαξῶν. ſic etiam adjectiva fœminina e maſculinis impariſyllabis: ut θρασεῖα audax, θρασειῶν, e maſculino θρασὺς audax. quæ veró a maſculinis pariſyllabis orta ſunt, ut eandem cum illis ſcripturam, ſic eundem etiam habent accentum: ut, τῶν δικαίων & a maſcul. δίκαιος, & a fœm. δικαία. Anomaliæ raræ ſunt.

Atque hic in toto ſingulari & dativo plurali α in ultima ſyllaba Ionicé mutatur

tatur in η: Doricé contrá η mutatur in α.

Sed prima declinatio maſculina eſt aut fœminina: maſculina, cujus nominativus deſinit in ας vel ης, genitivus in ου, dativus in ᾳ vel ῃ, vocativus in α longum vel in η.

Gaza, Chalcondylas, Chryſoloras hîc tantúm maſculinum genus agnoſcunt: neque ληϛὴς prædo (quod affertur) commune eſt, ſed maſculinum tantúm. Quare Laſcaris author communis in hac declinatione generis improbatur.

Sic igitur pariſyllaba maſculina declinantur:

Αἰνείας, Æneas, αἰνείου, αἰνείᾳ, αἰνείαν, αἰνεία: αἰνεία, αἰνείαιν:
αἰνεῖαι, αἰνειῶν, αἰνείαις, αἰνείας, αἰνεῖαι.

Χρύσης Chryſes, χρύσου, χρύσῃ, χρύσην, χρύση: χρύσα, χρύσαιν:
χρῦσαι, χρυσῶν, χρύσαις, χρύσας, χρῦσαι.

Contractio rara eſt in hac declinati-

one: ſunt tamen (ut in omnibus aliis declinationibus) quæ contrahuntur omnibus caſibus, quæque ideo ὁλοπαθῆ *dicuntur, quaſi toti paſſiva.*

Ἀπελλέης ἀπελλῆς Apelles, ἀπελλέου ἀπελλοῦ, *&c. Sic*

Ἑρμέας ἑρμῆς *Mercurius,* ἑρμέου ἑρμοῦ.

Anomalia genitivi. *Genitivo autem ſingulari & plurali tantúm varietas idiomatum admittitur.*

Genit. poët. Αἰνείω: *Ion.* αἰνείεω: *(Iones enim ſæpe reſolvunt* ω *in* εω*) Dor.* αἰνεία: *Æol.* αἰνείαο: *item* Αἰακίδου *Æacidis.*

Accuſ. Ion. etiam Αἰνείεα.

Genit. plur. Ion. Αἰνειέων: *Doricé* αἰνειᾶν: *Æol.* αἰνειάων.

E Dorica etiam dialecto caſus communiter recepti ſunt in nominibus propriis, Ἀννίβας, αἰννίβα: Λουκᾶς, λουκᾶ: Θωμᾶς, θωμᾶ: Πυθαγόρας, πυθαγόρα: *item in* appellativis, *ut* πάππας, πάππα, *pater:*

πᾶς,

πᾶς, πᾶ, paterculus. Aliquando etiam in ας purum, ut Παυσανίας, *πανσανία, Pauſanias:* παῤῥαλοίας, *παῤῥαλοία, parricida:* λᾶας, λᾶα, *lapis. Doricé etiam declinatur* Χρύσας, χρύσα, *pro communi* Χρύσης, ου, *Chryſes. Dorici etiam putantur illi caſus,* Τρῆς, Τρῆ: Δρῆς, Δρῆ: Ποδῆς, Ποδῆ: Μανασσῆς, Μανασσῆ: Μωϋσῆς, Μωϋσῆ. *& diminutiva illa,* Διονῦς, διονῦ, *Dionyſius:* Καμιῦς, καμιῦ *Camillus. item* Ἰησοῦς *Ieſus,* ἰησοῦ, ἰησοῦν, ἰησοῦ. *Hæc omnia dativum habent ſine ι.*

Anomalia vocativi. *Quatuor generum nominativi ης mutatur vocativo in α breve.*

1. Primó in nominibus in της, *ut* λῃστὴς, λῃστὰ, *prædo. ſic* ἱππηλάτης *equitator,* προφήτης *propheta,* τοξότης *ſagittarius. At poeticé quatuor retinent η,* Αἰήτης *Æetes,* ἀγαρέτης *virtute gravis,* Καλλιπέτης *Callipetes,* Φιλοθηροίτης *Philother-*

ſites: ὦ αἰήτη, &c.

2. Secundò in gentilibus, σκύθης *ſcytha,* σκύθα: πέρσης *perſa,* πέρσα: *quando tamen proprium,* Πέρση.

3. Tertiò poetica in πης, *ut* ὁ κυνώπης, κυνῶπα, *aſpectu canino præditus.*

4. Quartò in compoſitis à verbis μετρῶ *metior,* τρίβω *tero,* πωλῶ *vendo: ut* γεωμέτρης, γεωμέτρα, *geometra:* παιδοτρίβης, παιδοτρίβα, *pædotriba:* βιβλιοπώλης, βιβλιοπῶλα, *bibliopola. item* ὁ λάγνης *laſcivus,* ὁ Πυραίχμης *Pyrechmes,* ὦ λάγνα, πυραίχμα. *Hos vocativos poetæ uſurpant pro nominativis præpoſito articulo* ὁ, *ut* ὁ σκύθα, ὁ γεωμέτρα: *quos Latini ferè imitantur.*

Cap. 13. De pariſyllaba 1 fœminina.

Pariſyllaba prima fœminina eſt, cujus nominativus & vocativus de-

ſinit

ſinit in α vel η, genitivus in ης, dativus in ῃ, ut

Μοῦσα muſa, μούσης, μούσῃ, μοῦσαν, μοῦσα.
τιμὴ honor, τιμῆς, τιμῇ, τιμὴν, τιμή.
Duali & plurali ut prius.

A longum. *A acutum finale producitur, ut χαρὰ gaudium, præter παιδιὰ luſus: vel in ᾶ, ut Ναυσικᾶ: vel εα, ut Λευκοθέα Leucothea: vel ια, ut σοφία ſapientia: vel εια ex εύω, ut δουλεία ſervitus: vel adjectivi maſculini in ος, ut δικαία juſta: præter δῖα divina, πότνια veneranda, πέπειρα matura: vel in ρα ſola vocali penultima, ut πήρα pera: & cum his αὔρα aura, σαύρα lacerta, λαύρα lata via, Φαίδρα, Phædra, quamvis diphthongus præeat: excipe ἄγκυρα ancora, σκολόπενδρα ſcolopendra, γέφυρα pons: Κέρκυρα Corcyra. ſic Τάναγρα proprium urbis nomen: appellativé autem ταναγρα, (ut πυράγρα, κρεάγρα, & ſimilia) vas æneum condien-*

dis carnibus.

Contractio. *Hîc etiam ſua quædam ſunt* ὁλοπαθῆ *ex* άα *in* ᾶ, *ut* Ἀθηνάα Ἀθηνᾶ, *Minerva,* Ἀθηνάας Ἀθηνᾶς: Ναυσικάα Ναυσικᾶ, Ναυσικάας Ναυσικᾶς. *ſic ex adjectivis illa fœminina,* ἀργυρέα ἀργυρᾶ, ἁπλόη ἁπλῆ, χρυσέη χρυσῆ, χαλκέη χαλκῆ, *argentea, ſimplex, aurea, ænea. Sed hîc Gaza putat* ἁπλόη, χρυσέη, χαλκέη, *Ionica eſſe pro* ἁπλόα, χρυσέα, χαλκέα.

Anomalia genitivi. *Finita in* α *purum, & ρα,* θα, δα, *genitivo deſinunt in* ας, *dativo in* ᾳ, *ut* φιλία *amicitia,* φιλίας, φιλίᾳ. *ſic* ἡμέρα *dies,* Μάρθα *Martha,* Λήδα *Leda.*

Genit. plur. Ionicé ἡμερέων, *Doricé* ἁμερᾶν, *Æolicé* ἁμεράων.

Cap. 14. De pariſyllaba 2.

Secunda pariſyllaba eſt, cujus nominativus deſinit in ος maſculinum,

vel

vel in ον neutrum: genitivus in ȣ, ut in prima maſculina, dativus in ῳ, vocativus in ε: dualis in ω & οιν: pluralis nominativus in οι, dativus in οις, accuſativus in ȣς.

ὁ λόγος ſermo, λόγου, λόγῳ, λόγον, λόγε: λόγω, λόγοιν:

λόγοι, λόγων, λόγοις, λόγους, λόγοι.

(ἡ ὁδὸς, ὁδοῦ, via, &c. ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, homo, &c.)

τὸ ξύλον lignum, ξύλȣ, ξύλῳ, ξύλον, ξύλον: ξύλω, ξύλοιν:

ξύλα, ξύλων, ξύλοις, ξύλα, ξύλα.

Contractio. *Hic ὁλοπαθῆ frequentiora ſunt, ut*

νόος νοῦς mens, νόȣ νȣ͂, νόῳ νῷ, νόον νοῦν, νόε νȣ͂: νόω νώ, (accentu acuto) νόοιν νοῖν:

νόοι νοῖ, νόων νῶν, νόοις νοῖς, νόους νοῦς, νόοι νοῖ.

Sic ὁ χόος χοῦς, terra aggeſta.

ὀστέον ὀστοῦν os oſſis, ὀστέȣ ὀστοῦ, ὀστέῳ ὀστῷ.

Sic adjectiva ἁπλόος ἁπλοῦς ſimplex, ἁ-

πλόος διπλȣ̃ς *duplex*: τὸ ἁπλόον ἁπλȣ̃ν *ſimplex*, τὸ διπλόον διπλοῦν *duplex. ſic* ἀργύρεος *argenteus*, χάλκεος *æreus*, χρύσεος *aureus*, ἀργυρȣ̃ς, χαλκȣ̃ς, χρυσȣ̃ς: *ubi accentus eſt irregularis, pro* ἀργύρεȣς, χάλκεȣς, χρύσους.

Anomalia numeri. *Quædam nomina feſtorum pluralia tantúm ſunt*, θεοφάνια *regalia*, Διάσια *Jovialia*, Διονύσια *Liberalia*, βȣφόνια *boalia*, παναθήναια, *quinquatria*.

Anomalia caſus. *Genit. ſingul. Poet.* λόγοιο: *Dor.* λόγω.

Dat. Dor. & Æol. λόγω *ſine* ι.

Vocativus Atticé ſimilis eſt nominativo. at ὦ θεὸς o Deus, & ὦ οὗτος heus tu, uſitata ſunt etiam in communi lingua.

Genit. dual. poet. λόγοιϊν.

Accuſ. plur. λόγως *ſine* υ. *Sic Theocritus* σοφὼς *pro* σοφούς.

Anomalia de fœmininis. *Subſtantiva fœminina in* ος *ſunt ſequentia.*

ἄγυ-

ἄγχυλος *abſceſſus inter nares & majorem angulum oculorum.*

αὔλειος *veſtibulum, vel janua veſtibuli.*

ἄσφαλτος *bitumen.*

ἄμαθος *(quod & ψάμαθος) arena.*

ἄμμος *ſabulum : quod & ψάμμος.*

ἄμπελος *vitis. ſic compoſ.*

ἀγριάμπελος, *vel* ἀγρίαμπλος, *(per ſyncopen poet.) vitis agreſtis, labruſca.*

ἄμφοδος *bivium, circuitus.*

ἄνοδος *aſcenſus: vel reditus, iteratio.*

ἀτραπὸς, *ſive* ἀτραπιτὸς, *callis, ſemita trita.*

εἴσοδος *introitus.*

εἴρεος *remigatio.*

ἔρημος *ſolitudo.*

ἐπάνοδος *reditus.*

ἤπειρος, *& Doricé* ἄπειρος, *continens.*

ἵππος *equitatus, vel equa : pro equo veró eſt maſculinum.*

ὄαρος *uxor : pro confabulatione maſculinum eſt.*

ὁδὸς *via: cum compoſitis ſubſtantivis.*

σήσαμος *ſeſamum, frumenti ſpecies.*

σορὸς *loculus, conditorium: at* σωρὸς *acervus, maſculinum eſt.*

σύνοδος *coitus, concilium.*

σποδὸς *cinis ſordidus.*

ῥάβδος *virga.*

λαοφόρος *via publica, via regia.*

λεωφόρος *idem Atticè.*

λέκιθος *vitellus, ovi luteum: pro piſi ſpecie commune eſt.*

λήκυθος *lecythus, ampulla olearia.*

μέθοδος *brevis via, compendium.*

μίνθος *ſtercus humanum.*

νάρδος *nardus. ſic compoſ.* ψευδόναρδος.

νειὸς *novale.*

νεὸς *idem.*

νῆσος *inſula.*

νόσος, *& Ionicè*

νοῦσος, *morbus.*

τήβεννος *toga.*

τείο-

τρίοδος *trivium.*

τρίβος *ſemita.*

τροχήλατος *locus ubi agitatur rota.*

δέλτος *liber.*

δοκὸς *trabs, tignum.*

δόκος *conſideratio, expectatio, apparētia.*

κάρδοπος *mactra.*

κιβωτὸς *arca.*

βάλανος *glans. ſic compoſ.* μυροβάλανος *glans unguentaria.*

βίβλος *papyrus, charta, liber: quod &* βύβλος.

περίοδος *circuitio.*

πρόοδος *progreſſus.*

φλόμος *ſive* φλόνος *verbaſcum.*

φόνος *atractylis vel fuſus agreſtis.*

ψάμαθος *(quod &* ἄμαθος*) arena.*

ψάμμος *(quod &* ἄμμος*) ſabulum.*

ψῆφος *calculus.*

Anomalia de communibus genere. *Pauciora autem ſunt communia,*

ἄβυσσος *abyſſus.*

ἄκατος *navis genus.*

ἄνθρωπος *homo.*

οἶμος (*quod & οἴμη*) *via.*

ὕαλος *& Atticé* ὕελος *vitrum.*

σύνοδος *comes.*

σάμνος *urna, calathus.*

στρατὸς *exercitus.*

στρόφος *tormen, dolor inteſtinorum.*

ῥάμνος *rhamnus virgultum ſpinoſum.*

ῥάφανος *raphanus.*

ῥινὸς *pellis, ſcutum.*

λιμὸς *fames, Atticé* ὁ, *Doricé* ἡ.

μήρινθος *funis.*

κάμινος *fornax.*

κάπετος *foſſa.*

κόπρος *fimus.*

κλῆρος *ſors.*

κρύσταλλος *glacies,* ὁ: *gemmæ ſpecies,* ὁ & ἡ.

γέρανος *grus.*

γλάνος *glanus fera.*

χηλὸς arca, loculus.

χιλὸς pabulum.

βάτος rubus, teſte Thoma Mag.

ψίαθος ſtorea, apud Ariſtoph. teſte Suida.

Ex hoc numero στρατὸς, στρόφος, κλῆρος, χιλὸς, γλαιός, in maſculino tantúm genere invenio apud probatos autores: ἄβυσσος, ῥάμνος, ῥάφανος, μήρινθος, κάμινος, κάπηλος, κόπρος, χηλὸς, non niſi fœminino. Si igitur hæc maſculiné, illa fœmininé poſita legantur, dialecto cuipiam tribuenda erũnt, ut ἀὴρ βαθεῖα, αἰθὴρ δῖα, θῆλυς ἐέρση apud Homerum. Vide ſuprá cap. 8.

Anomalia generis in diverſis numeris. *Anomala genere ſequentia ſunt.*

ὁ ἐρετμὸς remus, τὰ ἐρετμά. ſic

σταθμὸς ſtabulum, σταθμά.

στάδιοι & στάδια.

ζυγὸς jugum ζυγά.

λύχνος lucerna, λύχνα.

μοχλὸς vectis, μοχλά.

νῶτος dorſum, νῶτα.

τράχηλος collum, τράχηλα.

ὁ καὶ ἡ δίφρος biga, ſella, δίφρα.

ὁ κύκλος circulus, κύκλοι & κύκλα.

Quædam duplicant, ut

ἡ ἀντίδοτος, & τὸ ἀντίδοτον, *antidotus, um.*

ἡ ἔμπλαστρος, & τὸ ἔμπλαστρον, *emplaſtrũ.*

ἡ ἐνέδρα, & τὸ ἔνεδρον, *inſidiæ.*

ὁ καὶ ἡ ὀρίγανος, & τὸ ὀρίγανον, *origanũ herba. (ſcribitur etiam* ὀρείγ.)

ὁ καὶ ἡ σπάρτος, & τὸ σπάρτον, *(ſpartum, vitile quoddam) & funis ſparteus, qui etiam* σπάρτη.

ὁ θύμος, & τὸ θύμον, *thymus ſeu thymum.*

ὁ γάρος, & τὸ γάρον, *garum.*

ὁ καὶ ἡ χάλκανθος, & τὸ χάλκανθον, *chalcanthum, atramentum ſutorium.*

ὁ βούτυρος, & τὸ βούτυρον, *butyrum.*

Quædam triplicant, ut

ὁ ξεσμὸς, τὸ ξεσμὸν, τὸ ξέσμα ατος, *raſura, ramentum.*

ὁ δεσμὸς, τὸ δεσμὸν, τὸ δέσμα ατος, *vinculum: & plur.* οἱ δεσμοὶ, τὰ δεσμὰ, τὰ δέσματα. *at* ἡ δέσμη *faſcis.*

Cap.

Cap. 15. De Atticiſmo ſecundæ pariſyllabæ.

Attici in quibuſdam neutris aliquando reiiciunt ν, ut ἄλλο aliud, τηλικοῦτο tantum, τοιοῦτο tale, τοσοῦτο tantum. Atq; in αος deſinentibus mutant penultimæ ſyllabæ α longum in ε, item ο & ου & α extremæ ſyllabæ in ω, addendo ι, ſi adſit: ut, pro Μενέλαος Menelaus, Μενελάου, &c. Attici dicunt Μενέλεως, Μενέλεω, Μενέλεῳ, Μενέλεων, Μενέλεως. Μενέλεω, Μενέλεων.
Μενέλεῳ, Μενέλεων, Μενέλεῳς, Μενέλεως, Μενέλεῳ.

Sic & adjectiva quædã declinantur:
εὔγεως, εὔγεω, εὔγεῳ, εὔγεων, εὔγεως.
εὔγεω, εὔγεῳν.
εὔγεῳ, εὔγεων, εὔγεῳς, εὔγεως, εὔγεῳ.
Sic pro neutro, τὸ εὔγεων, & in plurali τὰ εὔγεω, α quoq; verſo in ω.

Sic λαὸς populus, ναὸς templum, λεὼς, νεώς.

Anomalia quantitatis. *Si penultima aliter quám in αος finita ſit, aut habeat α breve, α manet: ut,* ἅλως *area,* Οἰνόμαος *OEnomaus, non faciunt* ἕλως, Οἰνόμεως, *ſed* ἅλως, Οἰνόμαως. *item* κάλως *rudens, non* κέλως, *ſed* κάλως. *at* σῶς σῶ, *ſalvus ſalvi, contractum eſt ex* σάος, ȣ. *unde neutro gen.* σῶν τȣ̃το *apud Demoſth.*

Anomalia caſus. *Genitivus aliquando aſſumit* ο, *ut* Μενελέωο. *Accuſativus aliquando abjicit* ν, *ut* τὸν Μενέλεω, τὴν ἅλω *aream: quod in quinq; poſtea Attici retinuerunt,*

Ἄθως, ἄθω, *Athos, mons Græciæ.*

ἕως, ἕω, *aurora.*

Κέως, κέω, *inſula quædam.*

Κῶς, κῶ, *inſula quædam.*

4. εἵμην, εἷσο, εἷτο & εἷσο. 3 pluralis εἷντο, ἕατο & εἵατο, induti vel collocati erant, vel ſedebāt, unde comp. παρείατο aſſidebant. Nam horiſt. 1. eſt pro præſenti primo, & quartum pro infecto ſecundo. Aliquando etiam in horiſtico quarto eſt ἕσμην, ἕσο, (poet. ἕσσο) ἕσο, indutus vel locatus erat.

Infinit. εἷσθαι.

Aoriſt.

Aoriſt. 1 *medium* εἱσάμην, poeticé ἑζσάμην & ἑασάμην.

Fut.perf. 4 ἕσαι, poeticé ἕασαι: unde ἔφεσαι, ἐφεσσάσθω.

9. κεῖμαι jaceo, ſitus ſum.

κεῖμαι, κεῖσαι, κεῖται:

κείμεθον, κεῖσθον, κεῖσθον:

κείμεθα, κεῖσθε, κεῖνται: Ionicé κέαται: Poeticé κείαται, & κέονται à κέομαι.

Pr.inf. ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο. 3. pluralis ἔκειντο, Ionicé κέατο, poeticé κείατο, item κέοντο pro ἐκέοντο. Sic compoſita ἀνάκειμαι, ἐπίκειμαι, διάκειμαι, recumbo, incumbo, diſpoſitus ſum.

Futurum medium κείσομαι, κείσῃ, κείσεται: Doricé κεισοῦμαι & κεισεῦμαι.

Cap. 38. *De anomalis in* υμι.

Anomalia magna eſt verborum in μι habentium pro figurativa υ longum in activo, breve in paſſivo: &

ſit ex verbis in υω deſinentibus, ſine reduplicatione: ut ζευγνύω, ζεύγνυμι, jungo. Quædam tamen reduplicant per ε: ut κέκλυθι audi, κέκλυτε audite. Sunt veró permulta ſpeciei hujus verba: totidem feré, quot barytona ſunt in υω, & Grammaticis LXXX feré notata ſunt. Conjugantur autem tantúm præſenti primo, & præterito infecto, & futuro quinto.

Formæ primæ.

Præſ. ζεύγνυμι, ζεύγνυς, ζεύγνυσι:
ζεύγνυτον, ζεύγνυτον:
ζεύγνυμεν, ζεύγνυτε, ζευγνῦσι, pro quo ζευγνύουσι receptum eſt: (Herodotus tamen ἀποδεικνῦσι, demonſtrant) Ionicé ζευγνύασι.

Præt. ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς, ἐζεύγνυ:
ἐζεύγνυτον, ἐζευγνύτην:
ἐζεύγνυμεν, ἐζεύγνυτε, ἐζεύγνυσαν.
Ion. ζεύγνυσκον, ζεύγνυσκες, ζεύγνυσκε.

Fut.

Fut.1. ζεύξω, á ζεύγω. Dictum enim eſt de finibus thematis γνυμι & γνυω. Futurum in diſyllabis δῦμι ingredior, κλῦμι audio, φῦμι produco, eſt δύσω, κλύσω, φύσω, quod in Aoriſto 2 valebit.

Fut.5. ζεύγνυθι, (etiam ζεύγνυ) ζευγνύτω:

ζεύγνυτον, ζευγνύτων:

ζεύγνυτε, ζευγνύτωσαν.

Aor.1. ἔζευξα, ας, ε, &c.

Aor.2. ἔδυν, ἔδυς, ἔδυ: ἔδυτον, ἐδύτην: ἔδυμεν, ἔδυτε, ἔδυσαν: & Bœoticé ἔδυν pro ἔδυσαν. Sic á φῦμι naſcor, ἔφυν. Eſt autem idem hoc Aoriſtum quod pręteritum infectum, ἔδυν ingrediebar: &feré ſolum eſt in diſyllabis δῦμι, κλῦμι, φῦμι.

Horiſt.1. ἔζευχα junxi.

Infin. præſ. ζευγνύναι: at δυῦναι, φυῦναι, κλυῦναι, etiam aor. 2.

Part. ζευγνὺς, ζευγνύντος:
ζευγνῦσα, ζευγνύσης:
ζευγνὺν, ζευγνύντος.
Fut. δύσων, δύσουσα, δῦσον.
Aoriſt. 2 δὺς, δύντος, ingreſſus, δῦσα, δύν. Sic ὁ φὺς φύντος, φῦσα, φύν.

Formæ ſecundæ.

Præſ. ζεύγνυμαι, ζεύγνυσαι, ζεύγνυται:
ζευγνύμεθον, ζεύγνυσθον, ζεύγνυσθον:
ζευγνύμεθα, ζεύγνυσθε, ζεύγνυνται.
Præt. ἐζευγνύμην, ἐζεύγνυσο, ἐζεύγνυτο:
ἐζευγνύμεθον, ἐζεύγνυσθον, ἐζευγνύσθην:
ἐζευγνύμεθα, ἐζεύγνυσθε, ἐζεύγνυντο.
Fut. ς. ζεύγνυσο, ζευγνύσθω:
ζεύγνυσθον, ζευγνύσθων:
ζεύγνυσθε, ζευγνύσθωσαν.
Infinit. ζεύγνυσθαι.
Parti. ζευγνύμενος, ζευγνυμένη, ζευγνύμενον. Δεικνύω & δείκνυμι oſtendo, á

δεί-

δείκω, regulare.

Cap. 39. De imperſonalibus.

Imperſonalia, ſunt primæ aut ſecundæ formæ.

Primæ ſunt, ἀρέσκει placet: ſic ἀπαρέσκει diſplicet. Fut. ἀρέσει, ab ἀρέω. ἀρκεῖ ſufficit: ἀρκέσει ſufficiet, ab ἀρκέω.

ἀνήκει convenit, attinet, ἀνῆκε, ἀνήκειν.

συμβαίνει contingit, συνέβη, συμβήσεται, συμβαίνειν.

συμφέρει confert, διαφέρει differt, á φέρω.

μέλει curæ eſt, ἐμέλησε, μελήσει, á μελέω: hinc μεταμέλει pœnitet.

δεῖ oportet, á δεέω, δεήσει, ἐδέησε: ſic δοκεῖ videtur, á δοκέω, δοκήσει: vel á δόκω, δόξει.

χρὴ oportet, pro χρῆσι. ſic χρῇ oporteat: ἐχρῆν oportebat: χρήσει oportebit: χρῆναι oportere: τὸ χρεὼν, id quod o-

portet. Comp. ἀπόχρη ſufficit: ἀπέχρη ſufficiebat: ἀποχρήσει ſufficiet: ἀπέχρησε ſuffecit.

πρέπει decet, ἔπρεπε, πρέπειν.

προσήκει convenit, προσῆκε, προσήκειν.

φιλεῖ ſolet, á φιλέω.

Aliquando etiam infectum eſt pro præſenti, ut ἔδει, ἔπρεπε, pro δεῖ, πρέπει. Sic horiſt. εἴωθε conſuevit, ſolet: πέφυκε natura fit.

Formæ ſecundæ ſunt: ἐνδέχεται accidit: ἐπέρχεται ſuccurrit: unde ἐπῆλθε, in mentem venit, lubitum eſt. Sic λέγεται dicitur, fertur: λείπεται relinquitur, ſupereſt.

εἵμαρται & πέπρωται, in fatis eſt.

ἤκουσαι auditum eſt.

ἔγνωσαι decretum eſt.

εἴρηται dictum eſt.

εἰρήσθω dictum ſit: εἰρήσεται, dicetur.

Cap.

Cap. 40. De nominibus verbalibus.

Oriuntur á verbis varia nomina præter participia: verbalia vulgó appellantur: & fiunt á ſingularibus perſonis formæ ſecundæ, incremento ſublato. Litera etiam præcedens μαι, σαι, ται, ſæpe mutatur.

A prima ſunt in α, η, ων, & ος.

A, ut πεποίημαι feci, ποίημα factum: πέπραγμαι egi, πρᾶγμα res, negotium: ἔσπαρμαι ſeminavi, σπέρμα (reſumpto futuri ε) ſemen: πέφαμμαι, φάσμα viſio, verſo μ in σ, non φάμμα: εἷμαι indutus ſum, εἷμα, τος, veſtis, unde ἱμάτιον.

H & ων: μέμνημαι memini, μνήμη memoria: ὁ & ἡ μνήμων, ονος, memor. ἔγνωσμαι notus ſum, γνώμη ſententia, expuncto σ: ὁ & ἡ γνώμων, cujus o-

pe cognoſcitur quippiam, index.
ἐπέσολα miſi, ἐπισολὴ epiſtola.
ὄπlω video, ὄπωπα vidi, ὀπωπὴ viſus.

Oς: ἔψαλμαι fidibus decantatus ſum, ψαλμὸς ejuſmodi cantus. Sic παρώξυσμαι irritatus ſum, παροξυσμὸς irritatio.

δέδεμαι vinctus ſum, δεσμὸς vinculum: nam penultima, vel natura vel poſitione producitur.

σκαίρω ſalio, ἔσκαρμαι, σκαρθμὸς ſaltus, interjecto θ.

ὤρχησμαι ſaltavi, ὀρχηθμὸς ſaltatio, mutato σ in θ. at

λόγος ſermo, à λέλογα dixi:

τόκος partus, à τέτοκα peperi.

A *ſecunda, in* ία vel ις: ἡτοίμασαι paratus es, ἑτοιμασία promptitudo: δεδοκίμασαι probatus es, δοκιμασία probatio. Sed inprimis compoſita cum α, ευ, δυς: πέπεψαι coctus es, ἀπεψία coctionis

ctionis vacuitas, (ſeu nulla concoctio) εὐπεψία facilitas coquendi, δυσπεψία difficultas coquendi: τέταξαι ordinatus es, ἀταξία confuſio, (ſeu ordo nullus) εὐταξία bonus ordo: πέπραξαι actus es, ἀπραξία, ceſſatio, (ſeu actio nulla) εὐπραξία felicitas in reb. gerẽdis, δυσπραξία infelicitas in reb. agendis. πεποίησαι factus es, ποίησις actio: ὦψαι viſus es, ὄψις viſio: λέλεξαι dictus es, λέξις dictio Ex iis duo retinent augmentum, ἀντιπέπονθα ab ἀντιπάσχω viciſſim patior, ἀντιπεπόνθησις reciprocatio: πείθω ſuadeo, πέποιθα fido, πεποίθησις confidentia, perſuaſio. Quædam á ſecunda perſona ſunt in ία & ις, ut ab ἰσχναίνω attenuo, ἰσχνασία (ſine ν) & ἴσχνανσις attenuatio: ſic ὑγραίνω humecto, ὑγρασία & ὕγρανσις humectatio: ξηραίνω ſicco, ξηρασία & ξήρανσις ſiccitas, θερμαίνω calefacio, θερμασία &

θέρμανσις calor: φλεγμαίνω inflammo, φλεγμασία & φλέγμανσις inflammatio.

A tertia variæ ſunt ſpecies, in α, ς, ρ, ν. εὕω exuro, εὗσαι exuſtus eſt, εὗςρα foſſa ubi exurebantur ſetæ mactatarum ſuum.

πεφλόγισαι flammis uſtulatus eſt, φλογίςρα foſſa eadem.

διῶπλαι perſpectus eſt, διόπτρα inſtrumentum ad metiendum ex viſu.

ἤκεςαι ſanatus vel ſartus eſt, ἀκέςρα acus chirurgica vel ſartoria.

Σ, præcedente η, ι, ο, υ.

Hς: κεκιθαέισαι cithara luſum eſt, κιθαεισὴς citharista.

πεποίηται factum eſt, ποιητὴς factor.

ὕβειςαι contumelia affectus eſt, ὑβειςὴς contumeliæ illator.

ἤυληται tibia cantatum eſt, αὐλητὴς tibicen.

Poeticé ὑβειςὴρ, αὐλητὴρ, verſo ς in ρ.

Iς: ἐςε-

Ις: ἐϛεφάνωται coronatum eſt, ϛεφανωτεὶς coronatrix: ἤυληται, αὐλητεὶς tibicina. Sic κιθαειϛρὶς, quę & κιθαείϛρια.

Ος: in τὸς & τικὸς philoſophis frequentia ſunt.

In τὸς paſſiva: ἤκουσαι auditus eſt, ἀκουϛὸς audibilis: ἑώραται viſum eſt, ὁρατὸς viſibilis: νενόηται intellectum eſt, νοητὸς intelligibilis.

In τικὸς activa: ut ἀκουϛικὸς, ποιητικὸς, ὁρατικὸς, νοητικὸς, auditivus, factivus, viſivus, intellectivus.

Sunt etiam in ειος: λέλυται ſolutus eſt, λυτήειος ſolutorius: σέσωϛαι ſervatus eſt, σωτήειος ſalutaris, extrito σ.

Υς poeticé: εἵλκυϛαι tractum eſt, ἑλκυϛὺς ars trahendi: ὤρχηϛαι ſaltatum eſt, ὀρχηϛὺς ars ſaltandi: κεκιθάειϛαι luſum eſt cithara, κιθαειϛὺς ars citharà ludendi.

In ρ, ut ἠρ: σέσωϛαι ſervatus eſt, ὁ σω-

τὴρ, ῆρος, ſeruator, ſine σ: unde σώτειρα ſervatrix. κεχάρακται ſculptum eſt, ὁ χαρακτὴρ ſignum inſculptum vel impreſſum.

Ωρ. ἤκεσαι ſanatus vel ſartus eſt, ἀκέστωρ (ορος) medicus vel ſartor, ἀκέστρια medica vel ſartrix: κτάομαι poſſideo, ὁ κτήτωρ poſſeſſor: πέπαισαι luſum eſt, συμπαίστωρ colluſor, fœm. συμπαίστρια.

In ν ſubſtantiva ſunt, ut πέπωται potatum eſt, ποτήριον poculum, ω verſo in ο: τεθυμίαται ſuffitum eſt, θυμιατήριον acerra: κατῶπται conſpectum eſt, κάτοπτρον ſpeculum: δεδίδακται doctus eſt, δίδακτρον minervale.

Cap. 41. De aduerbio.

Τοπικὸν locale: ἐκεῖ illic, δεῦρο huc (Atticé δευρὶ, ι longo) κάτω deorſum ἄνω ſurſum.

χρονικὸν temporale: ut νῦν (Atticé νυνὶ,

νυνὶ, ι longo) nunc, σήμερον hodie.

σχετλιασμοῦ lamentationis: ὤμοι hei mihi, ἰοὺ heu, & quæ á Latinis interjectiones dicuntur:

ἆ increpantis longum eſt. χοὶ vox porcellorum producit ι. γρῦ grunnientis: ὗ, ὗ, ὗ, ὗ, olfacientis, producunt υ. Similiter αι & οι in adverbiis producuntur, ut χαμαὶ humi, οἴκοι domi.

E localibus quædam ex ſeſe naſcuntur, ut ab ἐγγὺς prope ἐγγύθεν cominus, é propinquo. Alia á nominibus, & quidem feré in θι ſignificant in loco, in θεν de loco, in σε ad locum: ut οὐρανὸς cœlum, οὐρανόθι in cœlō, οὐρανόθεν cœlitus, οὐρανόσε ad cœlum: ſic ab ἀγρὸς ager, ἀγρόθι, ἀγρόθεν, ἀγρόσε: ac feré ſimiliter á pluralibus, ut á Μέγαρα άρων, Μεγαρόθι, Μεγαρόθεν, Μέγαραδε.

A cæteris nominum finibus, Atticé exeunt in ησι, ηθεν, αζε: ut Θήβησι

Thebis, Θήβηθεν é Thebis, Θήβαζε ad Thebas, pro Θήβασδε. Sic Ἀθήνησιν, Ἀθήνηθεν, Ἀθήναζε, Athenis, ex Athenis, Athenas.

At ſecus οἴκοι, οἴκοθεν, οἴκαδε, domi, domo, domum: θύραθι, θύραθεν, θύραζε, foris, forinſecus, foras. πανταχοῦ & πανταχῆ ubivis, ubique.

Alia etiam incertiora, ut τῇδε hac, ὧδε hîc, ἐκεῖ illic, αὐτόθι iſthic, ἑτέρωθι alibi, ἄνωθεν ſuperné: & alia hujuſmodi.

Adverbia quædam in ι, vel ᾳ vel ῃ, ut πανστρατὶ, πανστρατιᾷ, Ionicé πανστρατιῇ, cum toto exercitu.

Quædam in ει, ut ἀθεεὶ ſine Deo, ἀσπονδεὶ ſine fœdere, αὐτοβοεὶ ilico.

Pleraque é genitivo nominis formantur, ν in ς verſo, ut á καλῶν fit καλῶς bene. Sic á σοφῶν, σοφῶς ſapienter, ἀληθῶν, ἀληθῶς veré: ſimiliter á participiis,

cipiis, τῶν ἐπιςαμένων, ἐπιςαμένως ſcienter, perité.

Similitudinis illa diſſimiliter, βοτρυδὸν racematim, κυνηδὸν canino more, ἀγεληδὸν gregatim.

Illa ethnica contrá: ut ἑβραϊςὶ Hebraicé, ἑλληνιςὶ Græcé, ῥωμαϊςὶ Romané, συριςὶ Syriacé: ſic φρυγιςί.

Quædam in ζω, ἀντιβίζω, contrá, ex oppoſito.

E neutris finibus aliquando adverbia fiunt: τελδυταῖον tandem, πρῶτον primúm, πολλὰ multúm, μικρὰ paulúm, πότερα utrum: quod etiam fit addito articulo, ut τὰ πρῶτα, τὰ πολλὰ, pro πρώτως, πολλαχῶς ſeu πολλάκις. ſed id præſertim in finibus poſitivorum, comparativorum, ſuperlativorum: ut ταχὺ velociter, pro ταχέως: ſic ταχύτερον velociús, ταχύτατα velociſſimé: ἡδὺ, ἥδιον, ἥδιςα: ὀξὺ, ὀξύτερον, ὀξύ-

τατα: ſic πλείω, μείζω, χείρω, plus, magis, pejus.

Quædam comparativa & ſuperlativa in ω, ut ἐγγυτέρω propiús, ἐγγυτάτω proximé: πορρωτέρω, πορρωτάτω, longiús, longiſſimé. Item in έρως comparativa, ut ἀληθεστέρως, ῥαθυμοτέρως, veriús, ignaviús: in άτως ſuperlativa, vt ἀληθεστάτως veriſſimé, ῥαθυμοτάτως ignaviſſimé. Cæterorum varia derivatio eſt.

Quantitatis illa ſunt in άκις: τετράκις, πεντάκις, ἑξάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies: ſic ὀλιγάκις raró, πολλάκις ſæpe.

Præpoſitiones, quæ dicuntur, monoſyllabæ ſunt ſex, εἰς (Atticé ἐς) in, ἐξ ſive ἐκ ex, ἐν in, (poeticé ἐνί: at ἔνι pro ἔνεστι licet, ut μέτα pro μέτεστι pars eſt) πρὸ ante, πρὸς ad, (Doricé προτὶ ſive ποτὶ) σὺν cum, Atticé ξύν.

Duo-

Duodecim diſyllabæ, ἀμφὶ circa, ἀνὰ per, ἀντὶ pro, ἀπὸ ab, ἐπὶ ob, in: ὑπὲρ ſuper, ὑπὸ ſub, μετὰ trans, cum: διὰ per, κατὰ contra, παρὰ apud, περὶ de. ἀμφὶ, Æolicè ἀμπὶ, circa: hîc α & ι finales corripiuntur.

Præpoſitio compoſita verbo per vocalē aſpiratam incipienti, nō ſolùm vocalem tollit, ſed etiam τ & π mutat in θ & φ, ut καθάπτω annecto, ἀφαιρέω aufero, ex κατὰ & ἅπτω, ἀπὸ & αἱρέω.

Cap. 42. De conjunctione.

Conjunctio copulativa, ut καὶ &, τε que.

Connexiva, ut ἐὰν, εἰ, ſi, (Doricè αἰ, unde αἴκα pro εἴκε ſi fortè) εἴπερ, εἰδὴ, εἰδήπερ, ſiquidem.

Diſcretiva, ut μὲν quidem, δὲ verò, ὅμως tamen, ἀλλὰ ſed, γοῦν quippe, γὲ quidem.

Disjunctiva, ut ἤ, ἤτοι, aut.

Cauſſalis, ut γὰρ enim, ἐπειδὴ quoniam, ὅτι quód, διότι & καθότι propterea quód, ἕνεκα quapropter, ἵνα ut, ὅπως quó, ὄφρα idem poetis.

Rationalis, ut ἄρα quare, οὖν igitur.

Finis libri ſecundi.

PETRI RAMI PROFESSORIS REGII GRAMMATICÆ GRÆCÆ Liber tertius, de Convenientia.

Cap. 1. De apoſtropho.

PRIMA convenientia vocũ, eſt in apoſtropho, cúm ſeparatæ voces apoſtrophum neſciant.

Apoſtro-

Apoſtrophus, eſt nota rejectæ brevis ultimæ vocalis aut diphthongi é voce præcedente, cúm ſequens in eadem ſententia incipit á vocali: & ambæ voces pro unica & unico accentu proferuntur.

Nota autem apoſtrophi eſt hæc ᾿.

Vocales & diphthongi apoſtropho ſubjectæ, ſunt α, ε, ι, ο, αι, οι: ut κατὰ ἄνδρα, κατ᾿ ἄνδρα, viritim: φέρε εἰπὲ, φέρ᾿ εἰπὲ, age dic: ἐπὶ αὐτὸν, ἐπ᾿ αὐτὸν, in ipſum: (περὶ nunquam rejicit, ut περὶ αὐτὸν, circa ipſum) τοῦτο ἔχω, τοῦτ᾿ ἔχω, hoc habeo: βούλομαι ἐγὼ, βούλομ᾿ ἐγὼ, volo ego: οἴμοι, ὡς ἄχθομαι, οἴμ᾿ ὡς ἄχθομαι, hei mihi, quám premor.

Conſona tenuis, poſt rejectam vocalem, aſpiratur ab aſpirata vocali ſequente: ut κατὰ αὑτὸ, καθ᾿ αὑτὸ, per ſe: ἐπὶ ἡμῖν, ἐφ᾿ ἡμῖν, in nobis, in noſtra poteſtate: τοῦτο ἕξεις, τοῦθ᾿ ἕξεις, hoc habebis.

Atticé veró & poeticé, tollitur prima ſequentis dictionis, ſi ultima antecedētis longa ſit: ut ὦ ἀγαθὲ, ὦ ᾿γαθὲ, ô bone: ἡ ἀγαθὴ, ἡ ᾿γαθὴ, bona illa: ποῦ ᾿ςὶ, ποῦ ᾿ςί; ubi eſt?

Eſt apoſtrophus alterius modi, qui & notari ſolet, καὶ ἐγὼ, κἀγὼ, & ego: ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα, ego novi: ἐγὼ οἶμαι, ἐγῷμαι, ego puto: ὦ ἐτὰν, ὠτᾶν, ô amice: (ab ὁ ἔτης ἔτου amicus, Doricé ἐτὰν, ut ἑρμῆς ἑρμᾶν, & μέγιςος μεγιςὰν, unde plur: μεγιςᾶνες magnates) ὦ ἄνθρωπε, ὤνθρωπε, ô homo.

Cavendum veró, ne quid ineptum apoſtropho efficiatur. ridetur enim illud Epicharmi, ὁ Ζεύς μ᾿ ἐκάλεσε, Πέλοπί γ᾿ ἔρανον ἑςιῶν, Jupiter me vocavit, Pelopi quidem convivium celebrans, tanquam γέρανον (gruem) dixiſſet, ἔρανος autem convivium, proprié cœna collatitia.

Con-

Convenientiæ conſimilis eſt (ne vocales nempe coëant) quód dativis & perſonis pluralibus in ι deſinentibus additur ν ſequente vocali, λέουσιν ἐκείνοις, leonibus illis: τύπτουσιν αὐτὸν, verberant ipſum. Sic tertiis ſingularibus in ε, ut ἔφθασεν ἁρπάσας, præripuit: ἔλαθεν ἐκπλεύσας, clam enavigavit.

Cap. 2. De ellipſi ſubſtantivi.

Subſtantivum aliquando deeſt, ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, haurire ambabus: deeſt χερσὶ, manibus. τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ πῦρ, altera quidem aquam fert, altera veró ignem: deeſt χειρὶ, manu. Xenophon, ἐὰν στρατεύωνταί που εἰς πολεμίαν, ſi quando exercitum ducant in hoſtilem, ſupple χώραν regionem. Latini hoſticum neutro genere dicunt. Talia ſunt περαταία, ὑστε-

ραία, ἐπιοῦσα, prior, poſterior, ſequens: ſupple ἡμέρα dies: ut Latinis oriens, occidens, continens: ubi ſol & terra intelliguntur. Herodotus in Euterpe, ταύτης τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλὴ, illius regionis quæ prædicta eſt, magna: ſupple μοῖρα pars. Plutarchus, ὥσπερ ὁ καιρὸς τὴν σώζουσαν καὶ τὴν ἀναιροῦσαν ἐν τοῖς φαρμάκοις προστίθησι, ut occaſio, tum ſervantem, tum tollentem, in medicamentis adjicit: ſupple ψῆφον ſententiam.

Cap. 3. De anomalia numeri.

Numerus dualis, duobus proprié convenit. Il. α.

ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε,
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς:

Ex quo ſané primúm diſſenſerunt con-

tenden-

tendentes

Atridesq́; rex virorum & divus Achilles.

Arrian.lib.5, Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης δοκίμω ἄνδρε ζυνεγραψάτην, Megaſthenesq́; & Eratoſthenes, duo probati viri, conſcripſerunt. Hîc duo ſingularia conveniunt duali.

Anomalia tamen frequens illa eſt. Iſocr. δύο τρόποι τυγχάνουσιν, duo modi ſunt. Hîc dualis & pluralis conjunguntur. Sic Ariſtot. κατηγορικῶν μὲν ὄντων ἀμφοῖν, affirmativa cúm ſint ambo. Et ſic alia.

Cap. 4. De anomalia generis.

Anomalia generis eſt illa licentior. Homerus:

δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι,
Donum tibi etiã ego, fili chare, hoc do:

Hîc τέκνον φίλε genere diſcrepant. Sic Lucianus dixit, ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, τοὺς καλλίστους τῶν θεῶν, fratris liberos duos, pulcherrimos deorum.

Atticis uſitatior eſt hæc anomalia in duali τέχνα, ἡμέρα, πόλεε, χεῖρε. Plat. 3. Leg. τούτω τὼ τέχνα θεὸς ἔδωκε πορίζειν τοῖς ἀνθρώποις, has duas artes Deus hominibus dedit ad quæſtum faciendum. Xenophon, καὶ μίαν ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα λογίζονται, & ambos hos dies ſupputant unum. Iſocrat. τὼ μὲν πόλεε τούτω παντάπασιν ἀνελεῖν, civitates has omnino evertere. Lucian. περιαγαγὼν ἐς τοὐπίσω τὼ χεῖρε, circumagens retro manus. Hîc τέχνα, ἡμέρα, πόλεε, χεῖρε, fœminina per ſe, maſculinis articulis veſtiuntur.

Atticiſmum talem quidam cenſent in omnibus fœmininis dualibus valere: ſed é talibus Atticis, pau-

cula

cula hæc communiter uſurpari.

Cap. 5. De apoſtropho articuli.

Articuli apoſtrophus & contractio, frequens eſt.

Ὁ ante ε in ου: ὁ ἐμὸς, οὑμὸς, meus: ὁ ἐπιτετειπτος, οὑπιτετειπτος, dignus qui conteratur.

Τὸ ante α, ε, η, ι, ο.

Ante α, nunc in α: ut τὸ ἀγαθὸν, τἀγαθὸν, bonũ: nunc in ου: ut τὸ ἄλλο, τοὖλλο: nunc in ω, ut τὸ ἀρχαῖον, τὠρχαῖον, antiquum.

Ante ε in ου: ut τὸ ἐλάχιστον, τοὐλάχιστον, minimum: τὸ ἐμὸν, τοὐμὸν, meum.

Ante η in ω: ut τὸ ἥμισυ, θὤμισυ, dimidium.

Ante ι in οι: ut τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον, veſtis.

Ante ο in ου, ſed raró: ut τὸ ὀπίσω, τοὐπίσω, quod retro eſt.

Tὰ ante α vel ε in α: ut τὰ ἀγαθὰ, τἀγαθὰ, bona: τὰ ἄλλα, τἄλλα, cætera, alioqui: τὰ ἐκεῖ, τἀκεῖ, quæ illic ſunt: τὰ ἐμὰ, τἀμὰ, mea: τὰ ἐναντία, τἀναντία, contraria: τὰ ἐν εἴδεσι, τἀνείδεσι, in ſpecieb. ſita.

Tοῦ & τῷ etiam ſuas contractiones habent ante α, ε, η.

Tοῦ & τῷ ante α, nunc in α: ut τοῦ ἀγαθοῦ, τἀγαθοῦ, boni: τῷ ἀγαθῷ, τἀγαθῷ, bono: τοῦ ἀνδρὸς, τἀνδρὸς, viri: τῷ ἀνδρὶ, τἀνδρὶ, viro: ſic τἀνθρώπου, τἀνθρώπῳ. Nunc in ω: ut τοῦ ἀγάλματος, τὠγάλματος: τῷ ἀγάλματι, τὠγάλματι, ſtatuæ.

Ante ε: τοῦ ἕνεκα, τοὔνεκα, hujus gratia: τοῦ ἐπιόντος, τοὐπιόντος inſequentis, futuri: τοῦ εὐβούλοιο, τοὐβούλοιο, prudentis.

Ante η: τοῦ ἡμετέρου, θἠμετέρου, noſtri.

Apoſtrophus articuli eſt item peculiaris cum nomine αὐτὸς & ἕτερος. cum αὐτός: τοῦ αὐτοῦ ταὐτοῦ, τῷ αὐτῷ ταὐτῷ, τὸ αὐτὸ ταὐτὸ, & ταὐτὸν, aſſumpto ν, τὰ

αὐτὰ

αὐτὰ ταὐτά. cum *ἕτερος*: *ὁ, τὸ, τοῦ, τῷ, οἱ, τὰ*, cum ε, contrahuntur in α: ut pro *ὁ ἕτερος, τοῦ ἑτέρου, τῷ ἑτέρῳ, οἱ ἕτεροι, τὸ ἕτερον, τὰ ἕτερα*: dicimus *ἅτερος, θατέρου, θατέρῳ, ἅτεροι, θάτερον, θάτερα*: ſic & nominativo plurali fœmineo *θάτεραι*.

Attici cúm rem præſentem tanquam digito demonſtrant, ad evitandum ejuſdem ſyllabæ concurſum, addunt ad *οὗτος* in fine ι longum, in maſculino per omnes caſus. *οὑτοσὶ* hicce, *τουτουὶ, τουτῳὶ, τουτονί*: (Demoſth: *τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος*, hujus certaminis, & *εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα*) *τουτωὶ, τουτοινί*: *οὗτοιὶ, τουτωνὶ, τουτοισὶ, τουτουσί*. fœminino tantũ ſingulari additur ι, *αὑτηὶ, ταυτησὶ, ταυτηὶ, ταυτηνί*. Neutro ſimiliter per caſus ſingulares & plurales, *τουτὶ* & *τουτὶ, τουτουὶ, τουτῳὶ, τουτοὶ* & *τουτί*: *ταυτὶ, τουτωνὶ, τουτοισὶ, ταυτί*.

Cap. 6. De articulo præpoſito vel omiſſo.

Articuli ſyntaxis præcipué notabilis eſt, ut pro ſua varietate modó præponatur, modó omittatur.

1. Præponitur articulato, nulla intercedente voce: τὸ εἶδος τῆς νόσου, ſpecies morbi: τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως, accuratum inquiſitionis, id eſt accuratio inquiſitionis.

Aliquando tamen multi eleganter ſuis articulatis præponuntur: Æſop. ἡ τὰς τῶν θεῶν ὀργὰς ἀποτρέπειν ἐπαγγελλομένη, deòrum iras avertere pollicita.

2. Præponitur nomini cuilibet & proprio & appellativo. Demoſthenes, οὕτω δὲ ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ, ſic autem erat Philippus in metu. Polybius, οἱ Ρωμαῖοι πρῶτον ἐπέβησαν, Romani primúm invaſerunt. Demoſth. τοῦ

δεῖνι

δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, cuidam detrahens, & quendam indignum eſſe dicens.

Contrá, ſæpe nomen eſt ſine articulo: Socrat. apud Stobæum, πατρὸς ἐπιτίμησις, ἡδὺ φάρμακον, patris objurgatio, dulce medicamentũ. Sophocl. ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, hoſtium dona non *ſunt* dona. Eurip. στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες, columnę enim familiarum, ſunt filii mares.

In his omnibus exemplis, articulus omittitur. Sed Homericus locus ille, exempli plenioris eſt, lib. Il. δ, & θ:

ἔνθα δ᾽ ἅμ᾽ οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν
ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων· ῥέε δ᾽ αἵματι γαῖα:

Tum veró ſimul ejulatusq; & exultatio erat virorum
Perdentium & pereuntium: fluebat autem ſanguine terra.

Hîc ſeptem nomina ſunt abſque articulo.

3. Præponitur pronomini tum poſſeſſivo, tum relativo.

Poſſeſſivo: Plato, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, benevolentiæ enim dicam tuæ. Euripid. Τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον Τὸν ἐμὸν ὁρῆσθαι, tumulum autem velim honoratum meum videri.

Contrá, interdum non præponitur. Heſiodus, ἐμός τε πατὴρ καὶ σός, meúſque pater & tuus.

Relativo αὐτός. Iſocr. Nic. νομίζεται τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, exiſtimatur eadem eſſe multa dignos occultantes, peccantibus.

4. Præponitur verbo infinito. Demoſth. διόπερ τὸ φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, itaque cuſtodire, quám acquirere, difficilius.

5. Præponitur participio. Demoſth. καί τοι τίς ὁ τὴν πόλιν ἐξαπατῶν, οὐχ ὁ λέγων ἃ φρονεῖ, ſed quis eſt civitatem decipiens? non dicens quæ ſentit. Quod fit, quoties participium reſolvitur per relativum, qui, quæ, quod.

Non præponitur participio, cúm ſupini vel gerũdii ſubit naturam. Il. α.

------ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι'
ἄποινα:

---venit celeres ad naves Græcorum
Redempturusq; filiam, ferensq; infinita munera.

6. Præponitur τεχνικῶς acceptis. Polybius, ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τὸ πραχθὲν πότερον εὔλογον ἔχῃ τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον οὐδὲν ὠφελῇ τὸ παράπαν, ſi ſuſtulerit quis illud. *propter quid, & quomodo, & cujus gratia factum ſit*, &, *quod factum eſt, u-*

trúm probabilem finem habeat, reliquũ nihil profuerit omnino.

Ubi articulus ſæpius omittitur.

Articulus omittitur pleriſque modis.

1. In nominibus interrogativis, dubitativis, infinitis. Lucæ 10, τίς τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι; Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe? Lucian. ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσφυὲς ἔχηται, qualicunq; petræ adhæſerit.

Contrá tamen Demoſth. ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι τῆς ποίας μερίδος εἶναι βούλεται τὴν πόλιν ἐβούλετο ἄν, libenter rogarẽ qualis partis civitatem eſſe vellet. Sic Plato, τὰ ποῖα τὰ ταῦτα λέγεις; quæ iſthæc dicis?

In compoſitione veró, ſolet præponi, ut ὁποῖος qualiſlibet, ὁπόσος quantuſlibet.

2. Omittitur in redditivis, ut ſunt οἷος qualis, ὅσος quantus: τοῖος talis, τόσος tan-

tantus. item in differentiæ nominibus: Eurip. ἕτερ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ, alia ex aliis mala malis eveniunt.

Aliquando tamen additur. Herodianus, πᾶν δὲ τῷ ἑτέρῳ φίλον, τῷ δ' ἄλλῳ ἐχθρὸν ἦν, omne alteri charum, alii inimicum erat.

3. Numeralibus non præponitur. Lucianus, θὲς πέντε δραχμὰς καὶ ὀβολοὺς δύο, pone quinque drachmas & duos obolos.

Aliquando tamen interpretationis cauſa hîc adhibetur. Lucian. ἐπὶ τὰ ἐννενήκοντα ἔτη, ἃ βεβίωκε, ad nonaginta annos, quos vixit.

4. Talia ſunt ἄμφω καὶ ἀμφότερος, ambo & uterq; : item ἑκάτερον καὶ ἕκαστον, utrumq; & unumquodq;.

5. Titulis item librorum præponi nõ ſolet, περὶ Ἰλιάδος, de Iliade: περὶ δικαίου, de juſto, περὶ φύσεως, de natura.

Apud Platonem aliquando præponitur. ſic etiam Ariſtoteles inſcripſit, περὶ τῆς προνοίας, de providentia: Ariſtippus, περὶ τῆς παιδείας, de doctrina: Epicurus, περὶ τῆς ἀρχῆς, de principio: Galenus, περὶ τῆς ἀποδείξεως, de demonſtratione: Chryſippus, περὶ τῆς ῥητορικῆς, de Rhetorica: ut & apud Varronem eſt, περὶ τῆς ἀνωμαλίας, de diſcrepantia.

Tropus articuli pro nominibus aliis.

Articulus ſæpe uſurpatur pro nominibus aliis.

1. Pro ſubſtantivo: Eurip. τὸ τῆς τύχης ἀφανὲς οἷ προβήσεται, Fortuna incertū quorſum ſit evaſura. Sic τὸ τοῦ Διογένους πρὸς Ἀλέξανδρον, illud Diogenis ad Alexandrum.

2. Pro demonſtrativo. Il. υ.

Ζεὺς δ᾽ ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μι-

νύθει

νύθει τε.

ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων:

Iupiter veró virtutem viris augetq́;
minuitq́;,
Quomodocunq; voluerit. Is enim eſt
validiſsimus omnium.

Herodotus in Clione, οὐδεὶς οὕτω ἀνόητός ἐστιν, ὃ πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. ἐν μὲν γὰρ τῇ, οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι· ἐν δὲ τῷ, οἱ πατέρες τοὺς παῖδας, nullus adeó inconſideratus eſt, qui bellum pro pace eligat. in hac enim liberi parentes ſepeliunt: in illo autem, parentes liberos. Hîc enim ὃ eſt pro ὃς qui: item τῇ pro ταύτῃ hac, & τῷ pro ἐκείνῳ illo.

Qualia ſunt illa primó per emphaſim, ὁ ποιητὴς, id eſt, ille (vel ſummus) poeta, ut Homerus. Ariſtot. 1 Eth. τὸ ἀγαθὸν, eximium illud bonum. Idem 1 Prior. cap. 16, ait non idem

eſſe ὃ ἐστὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν, καὶ ὃ, ἐστὶ τὴν ἡδονὴν ὃ ἀγαθόν.

Item cúm velut interpretatur. Iſocrat. πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις, obtempera legibus, nẽpe illis per reges poſitis. Lucia. in Gallo, τὸν γέροντα οἶσθα; τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτην, ſenem illum noſti? decrepitum illum dico, ac locupletem Eucratem.

Quomodo etiam ſervit partitioni. Ariſto. 1. Ethicor. ὃ μὲν κακὸν πολυειδὲς, ὃ δὲ ἀγαθὸν μονοειδὲς, malum quidem eſt multiforme, bonum veró uniforme.

3. Eſt pro primo relativo. Herodotus in Euterpe, ὕστατον αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὦρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι, poſtremó ejus regnum tenuiſſe Orum Oſiris filium, quem Apollinem Græci nominant.

Hîc

Hîc τὸν eſt pro ὅν.

4. Pro interrogativo τίς quis. Lucian. τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη; quomodo veró immutata eſt? Item, τῷ τοῦτο ἔχεις τεκμαίρεσθαι; quo id potes conjicere?

5. Pro infinito τινὸς, τινί. Xenoph. ὥστε τῷ τι ὑπισχνοῦνται, & ſi cui quid pollicentur. Soph. εἰ φόβου τοῦ γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει, ſi metus alicujus gratia linguam incluſam habeat.

6. Pro τοσούτῳ tanto. Iliad. θ;

> τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρηέντων,
>
> *Tantó præſtantior eſt quidem Jupiter fluviis in mare fluentibus.*

Articulus aliquando redundat. Lucian. κελεύει σε ὁ Ζεὺς δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥτις αὐτῶν ἡ καλλίστη, jubet te Jupiter judicare deabus, quænam ipſarum pulcherrima ſit.

Quomodo pleraque vacant adje-

ctiva:Heſiod. οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοί-
ϊος, οὐδέ τι παῖδες, neq; pater filiis ſimilis, neq; quid filij. Lucianus, ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα, ut ſperarent mira quãta. Hîc τι & ἡλίκα vacant.

Cap. 7. De primo relativo.

Relativum Græcis eſt ὅς, ἥ, ὅ: ut Latinis, quis, quæ, quod. Iſocra. ad Dem. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μήτε λέγειν εἶναι καλὸν, quæ facere turpe, hæc puta neque dicere eſſe pulchrum.

1. Cum articulo componitur, ut in ὅτου & ὅτῳ. Eurip. κεῖνος ὀλβιώτατος, Ὅτῳ κατ᾽ ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακὸν, ille beatiſſimus, cui in diem accidit nullum malum. Similiter cum infinito τὶς. Thuc. ἠρώτα ἥντινα ἐπίδα ἔχει, interrogabat quam ſpem haberet.

2. Vt Latinè, ſic Græcè primum relativum convenit eleganter duorum ſub-

ſubſtantivorum genere differētium, poſteriori. Plato in Phil. λόγοι μὲν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν εἰσιν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, rationes quidem in ſingulis noſtrum ſunt, quas ſpes appellāmus. Hîc λόγοι & ἃς, hanc differentiam faciunt: qualis erit & poſtea, ſed in caſu de rectione verbi.

3. Aliquando antecedens deeſt, ſed in alio relationis genere. Lucian. ἰδόντες οἷα οὔποτε εἶδον, intuiti qualia nunquam viderant. Hîc intelligitur τοῖα talia. Theophr. ἔστιν ἡλίκον ῥοά, καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες, eſt quantum malus punica, & folium habet deciduum. Hîc intelligitur τηλίκον tantum. Ariſtot. τὸ τῶν ἐλεφάντων ἔμβρυον ἡλίκον μόσχος ἐστίν, elephantorum fœtus, quantus vitulus eſt.

4. Aliquando relativum ipſum deeſt. Plat. ἀλλὰ μὴν οἵγε ἀγαθοὶ δίκαιοί τε, καὶ

οἷοι μὴ ἀδικεῖν, at veró illi quidem ſunt boni & juſti, & tales non injuriari: id eſt, tales qui non injurientur. Idem, ἀλλ' αὐτοὶ μὲν οἱ θεοὶ, οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ſed ipſi quidem dii tales qui non mutentur.

Anomalia numeri in relativo primo.

Anomalia numeri eſt in hoc relativo, ut antea. Xenophon, νῦν μὲν γὰρ οὕτως ἔφη διακεῖσθαι, ὥσπερ εἰ τὼ χεῖρε, ἃς ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ συλλαμβάνειν ἀλλήλαις ἐποίησεν, ἀφεμένω τούτου, τράποιντο πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλας, nam nunc quidem ita dicebat ſe affectum eſſe, ac ſi manus, quas Deus ad mutuum auxilium fecit, id omittentes, converterentur ad mutuum impedimentum. Hîc χεῖρε duale eſt, ἃς plurale. Eurip. ἀλλ' εἰς μίαν ἀποβλέποντες εὐναίαν Κύπριν, Στέργουσιν, ὅσοις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει, ſed in unam reſpici-

ſpicientes iugalem Venerem, contenti *ea* ſunt, quiſquis non malé habitare vult. Sophocl. *ὅστις αὐτὸς ἢ φρονεῖν δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί*, quiſquis ipſe aut ſapere ſibi videtur, aut linguam, quam non alius, aut mentem habere, iſti cúm patefacti fuerint, vani apparent. Xenophon, *κατὰ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων, ἢ λωποδυτῶν, ἢ βαλαντιοτομῶν, ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία*, juxta leges; ſi quis comperiatur fur, aut graſſator, aut ſaccularius, aut ſacrilegus, his mors eſt pœna.

Anomalia generis in relativo primo.

Anomalia generis eſt, qualem Suidas notavit in vita Thucydidis, quód tranſire ſoleat á fœmininis ad neutra: ut *φέρονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ᾽ ὅπερ καὶ*

πρότερον, vertuntur in Macedoniam, in quod & priús, id eſt, in quam. Lucianus, ἔπι δὲ ὄνυχες οἱ Σαρδῷοι πολλοὶ, καὶ ὑάκινθοι, καὶ σμάραγδοι, τὰ φέρουσι Αἰγύπτιοι, ad hæc veró onyches Sardoi frequentes, & hyacinthi, & ſmaragdi, quæ ferunt Ægyptij. Hîc τὰ pro οὓς. Dinarch: contra Demoſthenem, ἐκεῖνοι ἦσαν (ὦ Ἀθηναῖοι) ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν, καὶ τοῦ δήμου, μὰ Δία οὐ ταῦτα τοιαῦτα κιναίδη, οἳ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν, illi erant (ô Athenienſes) digni conſiliarij & duces veſtri, ac populi, per Jovem, non talia cinædica, qui nihil quidem fecerũt. Sic Terentius: *Scelus, qui me perdidit.*

Tropus relativi primi pro demonſtrativo.

Sumitur veró relativum primum pro demonſtrativo, id eſt, pro οὗτος & ἐκεῖνος. Heſiodus

εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων

πλοῦ-

πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι ἠδὲ
φυτεύειν:

In alterum enim quis intuitus opere
carens
Divitem, ille properat quidem arare
atque plantare.

Polyb. 5. ὃ μέγιστον, ἐν οἷς μὲν τε πλεῖστόν ἐστι τῆς πράξεως τῶν ὑποτατομένων, ἐν οἷς δὲ ἀποτελὴς ἡ νίκη γίνεται τῶν ἡγουμένων, quod maximum eſt, in his quidem eſt plurimum actionis ſubditorum, in illis veró perfecta victoria ducum.

Cap. 8. De ſecundo relativo.

Atque hæc de primo relativo, ſequitur de ſecundo.

1. Αὐτὸς aliquando habet emphaſim, ut αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit.

Convenit pronominibus aliis, pręcipué primitivis, inſtar ſubſtantivi. Ariſtophanes, ἐκεῖνος αὐτός; αὐτότατος, il-

lé ne ipſe? ipſiſſimus. Lucianus in Junone & Jove, ἔρως βίαιόν τι ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον μοναρχεῖ, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε, amor violentum quiddam eſt, & non hominibus ſolúm imperat, ſed etiam nobis ipſis interdum.

Tropus relativi ſecundi.

2. Aliquando pro iſto relativo ponitur reciprocum οὗ, οἷ, ἓ, ſui, ſibi, ſè. Herod. καί οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, & ſibi fuit filia, pro αὐτῷ, ipſi.

Contrá, pro reciproco relativum. Demoſthenes, ᾐτιάσαντο ἡμᾶς ἐπιβουλεύειν αὐτοῖς, accuſaverunt nos inſidiari ipſis: pro σφίσι, ſibi. Palæphatus de Junone, Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦντο, Argivi tutricem civitatis ipſis Junonem eſſe exiſtimabant: ipſis, pro ſibi.

3. Aliquando ponitur pro reciproco poſſeſſivo. Eurip. ἀπαλλάζονται Παίδων

δῶν παρ᾽ αὐτοῦ τοιάδ᾽, ἂν τοκεῦσι δῷ, recipit liberis ab ipſius talia, ſi parentibus dederit: ipſius, pro ſuis.

Αὐτὸς in compoſitione.

1. Αὐτὸς compoſitum cum nomine, reciprocum eſt: ut αὐτοδίδακτος á ſeipſo doctus, φίλαυτος amans ſui.

2. Ἑαυτοῦ aliquando ſecundæ perſonæ legitur. Xenophon, οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, ſic enim ſui ipſius amicos inſtituis: pro σεαυτῆς, tui ipſius. Idem, σὺ δὲ, ὃς ἐπὶ πᾶσιν ἄρχεις, παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ ἐφορᾶν, ἑκάστῳ τοὺς καθ᾽ ἑαυτόν, tu autem, qui in omnibus imperas, præcipito ſuis inſpicere, cuiq; ſuos: ſuis pro tuis.

3. Aliquando ſervit primæ perſonæ, Ariſtot. ὁ Θεὸς ὄργανα ἐν ἡμῖν ἑαυτοῖς δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις, Deus inſtrumenta nobis ſibi ipſis (pro, nobis ipſis) duo dedit, quibus

uteremur velut inſtrumentis externis.

4. Aliquando pro ſimplici αὐτὸς capitur. Plat. νεμεσᾷ γὰρ ὁ Θεὸς, ὅταν τις ψέγῃ τὸν ἑαυτῷ ὅμοιον, ſuccenſet enim Deus, quando quis ſibi ipſi ſimilem vituperat, id eſt αὐτῷ, ipſi.

Cap. 9. De nomine cum verbo.

Duales numeri conveniunt, ut antea jam patuit. Homer.

ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε,
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς:

Ex quo ſané primúm diſſenſerunt contendentes
Atridesq; rex virorum, & divus Achilles.

Anomalia numeri.

Ἄμφω & δύο licet dualia, tamen plurali ſæpe junguntur: ἄμφω φέρουσι, ambo

ambo currunt: δύο ἀετοὶ ἐπέτοντο, duæ aquilæ volabant.

Sic duobus ſingularibus plurale convenit. Xenophon, ἐγὼ καὶ σὺ τὰ δίκαια πρὸς ἀλλήλους ποιήσομεν, ego & tu juſta mutuó faciemus.

Dualis rarior eſt pro plurali. Homerus,

Ἴστε γὰρ ὅσσον ἐμοὶ ἀρετῇ περιβάλλετον ἵπποι,

Scitis enim quantũ mihi virtute præſtent equi.

Latinis anomalia conſimilis illa eſt, ὁ πολὺς λεὼς χαίρουσι, multitudo popularis gaudent, Lucian. ἐς Πόντον νέμονται τὸ Ταυρικὸν ἔθνος, ad Pontum uſq; habitant Taurica gens, Herodot. Sed illud Latinis rarius, ἀκούετε λεὼς, audite populus, apud Stobæum.

Atticé item neutrum plurale additur ſingulari verbo. ut Demoſth.

οὐ μὴν οὐδὲ εἰ ταῦτα ἀμφότερα ἦν, verúm neque ſi hæc utraque erat, id eſt, eſſent. Æſchylus apud Stobæum, ἁπλᾶ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη, ſimplicia ſunt veritatis verba. Lucian. πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα, longe potentiora ſunt auditis viſa. Ariſtot. ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, τὰ ἄλλα συμβαίνει, uno abſurdo dato, cætera contingunt.

Cap. 10. De tropo infiniti verbi.

Verbum infinitum ſumitur interdum pro futuro quinto. Phocyl. μέτρῳ μὲν φαγέειν καὶ πιεῖν καὶ μυθολογεύειν, menſura quidem edito & bibito & fabulator. Heſiodus,

τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Amantem ad convivium vocato, at inimi-

inimicum ſinito:
Eum autem maximé invitato, qui te
prope habitat.

Pleonaſmus infiniti.

Sæpe infinitum abundat. Ariſtotel. τὸ τί ἦν εἶναι λέγεται εἶναι ἡ ἑκάστου οὐσία, quid erat eſſe, (ſeu, quid eſt) dicitur eſſe cujuſq; eſſentia. Xenophon, οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος μὲν δὴ οὐδεὶς πώποτε ἑκὼν εἶναι τυραννίδος ἀφεῖτο, neq; tu, neq; alius quidē certé ullus unquam volens eſſe á tyrannide deſtiterit. Sic φάναι & εἰπεῖν. Plat. ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, εἴ σοι δοκεῖ, ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα, ſed ſic oportet facere, ſi tibi videtur, inquit dicere Agathonē. Xenoph. διὰ τί ὦ πάππε τοῦτον οὕτω τιμᾷς; καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, οὐχ ὁρᾷς, φάναι, cur ô ave, hunc ita honoras? & Aſtyagem cavillantem reſpondiſſe, nónne vides, dixiſſe.

Gerundium plurale aliquando eſt

pro ſingulari more Attico: Thucydides, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶ), viſum eſt ipſis accedendum ad Lacedęmonios eſſe. Idem, ἐπὶ δ' αὐτὸ ἔφερον αἱ γνῶμαι, ἀδικεῖν τοὺς Ἀθηναίους, καὶ πολεμητέα εἶ), eôdem tendebant ſententiæ, injurios eſſe Athenienſes, & belligerandum eſſe.

Cap. 11. De participiis.

Participium propriam convenientiam habet, quæ Latinis varié explicatur. Lucianus, δῆλος εἶ ἀγνοῶν, manifeſtus es ignorans, pro manifeſté ignoras. Idem, δῆλός ἐστιν ἀχθόμενος, palàm ægré fert. Phalar. παῦσαι δὲ καὶ σεαυτῷ καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων, deſine autem & tibi ipſi & mihi negotia exhibens: pro παρέχειν, exhibere. Xenophon, αἰσθάνομαι νοσῶν, ſentio ægrotans, id eſt, me ægrotare. Demoſth.

σαυτῷ

σ' αὐτῷ συνήδεις ἀδικοῦντι, tibiipſi conſcius eras injurianti, id eſt, te injuriam facere. Hîc certa verba helleniſmum ſuum habent. Soph. χρὴ χ' ὅταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ, oportet etiam cúm quis feliciter vivit, tunc vitam conſiderare maximé, ne corruptus lateat, id eſt, ne latenter peſſum eat. Herodian. συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν, paciſcuntur præoccupare aliquid ſe facturos aut paſſuros eſſe: φθάσαι pro celeriter. Ariſtot. νέοις οὖσιν οὐκ ἐνυπάρχει τὸ σπέρμα διὰ τὴν αὔξησιν. φθάνει γὰρ ἀναλισκόμενον πᾶν, juvenibus non ineſt ſemen propter accretionem: citiús enim conſumitur totum. Diodorus Siculus, τὴν εὔνοιαν ἔχοντες διατελοῦμεν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, benevolentiã habentes perſeveramus erga Græcos, id eſt, habere perſeveramus. A-

riſtot. ὅταν πάντες ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας, quando omnes fuerint ejicientes dentes, id eſt, ejecerint. Xenoph. τοῦτο χρὴ εὖ εἰδέναι, ὅτι ἐὰν ταῦτα πράξῃς, τοὺς μὲν πολεμίους ἐπιτετειχηκὼς ἔσῃ, φιλίαν δὲ πόλιν διασεσωκὼς, id oportet certó ſcire, quód ſi hæc feceris, hoſtibus quidem munimen oppoſueris, amicam veró civitatem tutatus eris.

Hæc periphraſis feré perpetua eſt pro futuro perfecto, ſed Græcorum & Latinorum communis: & his certa verba hîc ſunt, ut ἔχω, φέρω, τυγχάνω. Gregor. ἃ δὴ καὶ μάλιστα τῶν ἡμετέρων εἶχε θαυμάσας, quæ ſané vel maximé é noſtris habuit admiratus, pro ἐθαύμασε admiratus eſt. Heſiodus.

——ἄλλα τε πολλὰ ἁρπάζων ἐφόρεις.

——*aliaq; multa Rapiens ferebas:*

pro ἥρπαζες, rapiebas. Sic ἔχω φέρων, pro φέρω, fero. τυγχάνει γράφων, pro

γρά-

γράφει, ſcribit.

Helleniſmus participii pro verbo.

Alius eſt helleniſmus, cum participio & verbo ſubſtantivo utimur pro verbo participij. Thuc. τῷ πλήθει τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι, multitudini Platæenſium non volenti erat ab Athenienſibus deficere, id eſt, multitudo nolebat. Xenoph. ἦν δὲ οὐ τῷ Ἀγησιλάῳ, ἀχθομένῳ ταῦτα, erat autem non Ageſilao ægré ferenti hæc, id eſt, Ageſilaus non ægré ferebat hæc. Plat. εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστί, ſi tibi lætanti eſt: id eſt; ſi placet tibi.

Pleonaſmus participiorum.

Sed ut verba, ſic participia interdum redundant apud Atticos: ut, παίζεις ἔχων, pro παίζεις, ludis: τυγχάνει ὤν, eſt. Sic Demoſthenes ἐχθρός γε ὑπῆρ-

χεν ὢν, inimicus quidẽ erat ens. Idem, δεῖ γὰρ εἶναι ἕνα ὄντα κύριον, eſſe enim unum entem dominum. Plato, οἴχεται ἀπιὼν, abit abiens.

Cap. 12. De adverbiis, & potiſsimúm localibus.

Adverbium articulo veſtitum, eſt pro adjectivo nomine: ut ὁ χθὲς, heſternus. ὁ πλησίον, vicinus. ἡ σήμερον ἡμέρα, hodierna dies. οἱ πρὸ ἡμῶν, majores noſtri. οἱ μεθ' ἡμᾶς, poſteri noſtri. Sophocl. δοῦλός ἐστι τῶν πέλας, ſervus eſt propinquorum.

Aliter pro adverbio adjectivum, ἶσον ἐν ἐλαχίστοις δυοῖν ἐγγίνεται, æquale eſt in minimis duobus: id eſt, ἐλαχίστως, minimúm. Sic ἀνάλογόν ἐστιν ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, proportionale eſt in quatuor minimis: id eſt, minimúm.

Sic ex adverbiis præpoſitio jun-

cta ar-

cta articulo ſubaudit participium: ut, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, intelligitur ὢν, qui eſt in cœlis.

Adverbia localia in quadruplici ſunt differentia, in loco, de loco, ad locum, per locum.

Ποῦ, id eſt ubi, quærit de habitudine in loco, ποῦ ἐστι; ubi eſt? cui reſpondent ἔνθα, ὅπη, ὅπου, οὗ, ubi: οὗ σὺ ἦσθα, ubi tu eras. Item τῇδε, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, hîc: αὐτόθι, αὐτοῦ, ibi, iſthic: ἐκεῖ, illic: ἑτέρωθι, in altero loco: ἄλλοθι, alibi: πανταχοῦ, ubique: ἀμφοτέρωθι, utrobique: ἐντὸς & ἔνδον, intus: ἔξω & interdum ἐκτὸς, extra, foris: ἄνω, ſuprá: κάτω, infrá: οἴκοι, domi: ἀγρόθι, in agro: Ἀθήνησι, Athenis: θύρασι, pro foribus.

Πόθεν unde, quærit de loco. πόθεν ἔρχῃ; unde venis? Cui reſpondent hæc, ὅθεν σὺ, unde tu, ἐντεῦθεν hinc, ἐνθένδε hinc vel inde, αὐτόθεν iſthinc, ἐκεῖθεν il-

hinc, ἄλλοθεν aliunde, πανταχόθεν undique, ἀμφοτέρωθεν & ἑκατέρωθεν utrinq;, ἑτέρωθεν altrinſecus, ἔσωθεν ab interiori loco, ἔξωθεν ab exteriori, ἄνωθεν ſuperne, κάτωθεν inferné, οἴκοθεν domó, ἀγρόθεν ex agro, Ἀθήνηθεν Athenis, θύραθεν forinſecus.

Ποῖ quó, quærit de motu ad locum. ποῖ πορεύῃ; quó pergis? Cui reſpondent, ὅποι σὺ quo tu, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ὧδε, δεῦρο, huc, ἐκεῖσε illuc, πανταχόσε ad omnem locum, ἄλλοσε aliorſum, ἀμφοτέρωσε & ἑκατέρωσε utroque verſum, ἑτέρωσε verſus alteram partem, εἴσω & Atticé ἔσω intró, ἔξω & ἐκτὸς foras, ἄνω ſurſum, κάτω deorſum, οἴκαδε domū, ἀγρόσε ad agrum, Ἀθήναζε Athenas, θύραζε foras.

Quarta loci differentia πῇ quá, feré præpoſitione explicatur: διὰ τοῦ ἀγροῦ per agrum: ſic Xen. διὰ πυρὸς ἰέναι, per

per ignem ire. Reſpondent eidem ᾗ qua, τῇδε & ταύτῃ hac, ἐκείνῃ illac, ἑτέρᾳ altera via, ἄλλῃ alia via. in his enim ſubauditur ὁδῷ via. Heſiod. τῇδ' εἷς ᾗ σ' ἂν ἄγω, hac is qua te duco.

Iſtorum tamen quædam alicubi ad plus quám unam habitudinem uſurpantur, ut εἴσω intus & intró, ἄνω ſuprá & ſurſum, κάτω infrá & deorſum, ἔξω foris & foras, πόῤῥω longinqué & in longinquum locum, ἐνθάδε & ἐνταῦθα, hîc & huc: ποῦ ubi & quó? πού encliticum, alicubi & aliquó. ὧδε non modó hîc & huc, ſed etiam hoc pacto, ſic: τῇδε hîc, hac, (ſ. via) hac ratione. Rurſus aliqua bina, uni habitudini ſerviunt, ut ποῦ & πῇ ubi, ἐντὸς & ἔνδον intus, εἴσω καὶ ἔσω intró, ἐκτὸς & ἔξω extra, ἀλλαχοῦ & ἀλλαχῇ alibi. Quinetiam terna & eó ampliús interdũ reperientur, ſi poetica in hunc

numerum recipiamus : ut ποῦ, ποῖ, & πῇ, ubi: & relativé ὗ, οἷ, ᾗ. Adhæc ſunt quæ eodem ſignificato multiplicantur in illis tribus locis, ut ἀλλαχοῦ, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε, & ἄλλοθι, ἄλλοθεν, ἄλλοσε, alibi, aliunde, alió: quorum poſteriora hæc prioribus receptiora ſunt. Item πανταχοῦ, πανταχόθεν, πανταχόσε, & πάντοθι, πάντοθεν, πάντοσε, ubique, undecunque, quoquo verſum. & hîc adhuc receptiora, ἑκασταχοῦ & ἑκασταχῇ in unaquaque parte, ἑκασταχόθεν ex unaquaque parte, ἑκασταχόσε in unamquamq; partem.

Cap. 13. De adverbiis temporalibus.

Νῦν nunc, cuivis tempori accommodatur, excepto quarto horiſtico: νῦν ποιῶ nunc facio, ἐποίουν faciebam, ποιήσω faciam, πεποίηκα feci. Plutarchus in Fa-

in Fabio, νῦν μὲν ἔφη τοὺς ἡγεμόνας αἰτιᾶσθαι, nunc dicebat ſe duces accuſare. Iſocrat. νῦν δέ τοι μὲν αὖθις συμβουλεύσομεν, nunc quidem rurſum deliberabimus. Extrema ipſius νῦν, ſunt, ἄρτι ἐποίησα modó feci, & αὐτίκα ποιήσω cótinuó faciam. νῦν quandoque conſequentiam magis quám tempus ſignificat, qua forma illi ſolet adjungi δέ. Demoſthenes, ἐγὼ μὲν ᾤμην ταῦτα ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τούτων εἴρηκεν, ego quidem putabam hæc illum dicturũ eſſe, nunc veró nihil horum dixit. Sic σήμερον hodie, totidem temporibus jungitur.

Πρὶν ἤρετο, antequam attollebatur, Thucyd. πρὶν ἀκούσῃς, antequam audieris, Heſiod. Et interpoſito ἂν, πρὶν ἂν γένηται, antequam factum ſit. Jungitur etiã infinitis: Demoſth. πρὶν δόξαι, prius quám viſum ſit. ſic πρὶν εἰπεῖν, &

interpoſito ἢ) πρὶν ἢ εἰπεῖν, antequam diceret vel dixiſſet.

Ἕως quoq; variis temporibus jungitur, ἕως ἔλεγε, donec dicebat: ἕως ἦλθε, donec vênit: ἕως ἀφίκοιτο, donec pervenerit, Ariſtoph. ἕως ἔλθῃ & (ſequente ἂν) ἕως ἂν ἔλθῃ, donec venerit. Item, futuro, ἕως οὕτως ἔσαι τὰ πράγματα, quamdiu ſic res erunt. Et cum infinito, ἕως ἐλθεῖν, dum venerit.

Additur huic etiam relatiuum οὗ, ἕως οὗ, quouſq;: quod & ἕως ὅτου.

Ἄχρι & μέχρι eandem feré ſyntaxim habent: item ἄχρις ἂν quouſque, μέχρις ἂν ἔλθῃ donec venerit. Itē ἄχρις οὗ quoad, μέχρις οὗ quouſq;, &c.

Inter temporalia ſunt aliqua relativa, ut τότε ὅτε, τηνικαῦτα ἡνίκα, tum quum: τέως ἕως tamdiu donec: quorum ordo confunditur: præcedunt enim invicem & ſequuntur.

Tro-

Tropus adverbiorum.

Uſurpantur autem reciprocé localia pro temporalibus, & temporalia pro localibus: ut ἄχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, uſq; ad diem illum, & μέχρι πρὸς τὸν οὐρανὸν, uſque ad cœlum: ἄνωθεν ſuperné, & ab antiquo: ἔνθα ubi, & cúm, tum: πόῤῥω procul, & olim. Quinetiam per idem adverbium aliquando utrunq; ſimul intervallum invenitur, loci temporiſq;: nam cúm dico μεταξὺ λέγων (vel μεταξὺ λόγων) ἐβόησε, inter dicendum exclamaſſe ſignifico, hoc eſt, cúm dicebat, & ubi.

Adhæc aliqua horum ad diverſas quoque ſpecies pertinent, ut ἀνωτέρω, altiús, remotius, præter locum & tempus, etiam ad comparationem: ἔξω & ἐκτὸς extra, etiam ad exceptionem.

Cap.14. De prohibitivis, & eorum tropo.

Prohibitiva, μὴ λέγε, ne dic: μὴ ἐνόχλει, ne turba: μηδαμῶς ποίει, neutiquã facito: μὴ τυψάτω ne verberaverit, μὴ γενηθήτω ne factum eſto, μὴ τυπέσθωσαν ne verberati ſint. μὴ τύψῃς, & tertiis μὴ τύψῃ vel τύπῃ, ne verberaveris, ne verberaverit. item primis pluralibus, μὴ τύψωμεν, ne verberaverimus. Etiam aoriſtis, Demoſth. μὴ ποιήσητε, ne feceritis. Necnon prǽſenti ſecundo, μὴ τύπτωμεν, ne verberemus. Eurip. ὡς ἂν μὴ ἀγνοῇς, ut ne ignores. Conveniunt etiam cum verbis affectus, δέδοικα μὴ ᾖ, timeo ne ſit: φοβοῦμαι μὴ διαλυθῇ, metuo ne dilabatur. Et cum tertio præſenti, ἐδεδοίκειν μὴ εἴη, timebam ne eſſet. Et cum præteritis: Thucyd. νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν, nũc id

id veremur, ne utriſq; fruſtrati ſimus. Demoſth. δέδοικα μὴ λελήθαμεν, vereor ne latuerimus, id eſt, ne non animadverterimus. At Lucianus, ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστί, attamen vide ne contrarium eſt: pro ſit.

Οὐ negativum, & μὴ prohibitivū, ſæpe ſimul incedunt, nunc prohibitivé: Lucianus, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, nihil fiat injuſtum. nunc negativé: ut, οὐ μὴ ποιήσω, non faciam. item μὴ οὐ: Æſchin. οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι, μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς, neque ipſe infitior me non fuiſſe amator, id eſt, amoribus deditus. Ponitur & μὴ negativé pro οὐ. Iſocrat. ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ, ſi quid non ex ſententia evenerit. Demoſth. μὴ πέμπειν ἀποψηφίζομαι, cenſeo non eſſe mittendum. Non tamen é diverſo οὐ pro μή.

Ναὶ affirmantis, μὰ jurantis, ſed

negando: at ναὶ præpoſitum negationi μὰ, illam perimit, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, per hoc ſceptrum.

Οὐ ponitur, cum ſequitur conſonans, οὐ ποιῶ non facio: οὐκ, cúm vocalis tenuis, οὐκ ἔστι, non eſt: οὐχ, cúm aſpirata, οὐχ ὅπως nedum: οὐχὶ, quavis ſequente, οὐχὶ ὁρᾷ non videt, οὐχὶ βούλεται non vult.

Pleonaſmus negationum.

Pleonaſmus negationum Atticis uſitatus eſt, apud quos οὐ μὰ Δία valet idem quod μὰ Δία, non per Jovem: & οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, idem quod, nullus eſt. Sophocles, τῆς ἀναγκαίας τύχης Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακὸν, neceſſaria fortuna nullum eſt majus hominibus malum. Item tres idem quod una. Plato, οὐ δυνατὸν οὐδέποτε οὐδὲν τούτων πρᾶττειν, non poſſibile unquam quicquam horum facere. Et quatuor, ut

ut apud Demoſthenem, οὐδέποτε οὐδὲν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων, nunquã quicquam fiet eorum quæ oportet.

Abundant quoq; alicubi negationes, cum verbis prohibitivis negativisq;, ut Latiné: ἀπαγορεύω σοὶ μὴ θεῖναι νόμον, interdico tibi, ne feras legem. ἐκώλυσε μὴ οἰκοδομεῖν τὰ τείχη, vetuit ne ædificaret muros. Sed helleniſmus deinceps apertior. Lucian. οὐκ ἂν ἐξαρνος γένοιο μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, non negans ſis te eſſe filium meum. Demoſt. οὐδεὶς πώποτε μὴ οὐ καλῶς ἔχειν ἀντεῖπεν, nullus unquã non bene habere contendit. In his ſequitur infinitum. Aliás præſens primum: Ariſtotel. μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς ἑαυτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν, nequaquam enim temerarium eſt, quód quiſq; ſecum ipſe habeat amicitiam. Aliás etiam participium: Demoſthenes, οὐδ᾽ ἂν εἰς ταῦτα (ὦ ἄνδρες

Ἀθηναῖοι) ἠβουλήθη, μὴ ὁ συνειδὼς ἑαυτῷ συκοφαντοῦντι, nullus hæc (ô viri Athenienſes) vellet, qui quidem ſibi calumniæ non eſſet conſcius.

Inveniuntur etiam duæ negationes affirmantes, ut apud Latinos: Ariſtophanes, ἢν δὲ μὴ θέλῃ, Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ τῆς οἰκίας, quód ſi nolit, nullo pacto fiet quin domo ejiciã. Idem, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετε μοῦ τὰ χρήματα, non eſt dubium quin vos habeatis meam pecuniam. Chryſoſtom. οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται nemo non ridebit.

Cap. 15. De comparativis.

Comparativo interdum deeſt τόσῳ. Hippocrat. τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς μᾶλλον, μᾶλλον βλάψῃς, corpora non pura quanto magis nutries, tanto magis lædes.

Aliquando poſitum eſt pro compara-

paratívo: ubi μᾶλλον deeſt. Homer.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι,

Volo ego populum ſalvum eſſe potius *quám perire.*

Polybius, Ἡσίοδος παρεισάγει τοὺς Αἰακίδας πολέμῳ κεχαρηότας ἢ έ γε δαιτί, Heſiodus introducit Æacidas bello gaudentes *magis* quám convivio.

Duo comparativa ſæpe conjunguntur per ἢ quám. Herod. ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα, feci ocius quám ſapientius. Thucyd. προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει, ἢ ἀληθέστερον, auditui ſuavius quám verius. Halicarnaſſeus, ἐνθυμήματα ποιητικώτερα ἢ ἀληθινώτερα, enthymemata poetica magis quám vera.

De ſuperlativis.

Superlativo conveniunt etiam ſua adverbia, ὅσῳ, πολλῷ, ὡς, ὅτι, quantó, multó, quám, ut feré Latinis. Sophocl.

δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν Ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ προσόκειται κακὸν, monſtrans in hominibus imprudentiam quantó maximum viro adjaceat malum. Idem, ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία, quanto optima poſſeſſionum eſt, bonum cõſilium. Sic πολλῷ μάλιστα, multó maximé: item πολὺ ἥκιστα, multó minimé: ὡς μάλιστα, quám maximé: ὡς μετριώτατα, quám modeſtiſſimé. Demoſthenes, ὡς οἰκειότατ᾽ αὐτὴν ἀποδέχοιτο, quám familiariſſimé eam accipiat. ὡς ἐδύνατο ἄριστα, quám poterat optimé. ὡς βέλτιστα παραδείγματα, quám optima exempla. ὅτι πλεῖστα, quam plurima. εὔνους ὁμοίως τοῖς μάλιστα, benevolus, ut qui maximé.

Aliquando ſymbola comparationis geminantur, ut ὡς & ὅτι. Galen. πρῶτον μὲν ἐπαίροντας τὸ ἄνω βλέφαρον ὡς ὅτι μαλακώτατα, primúm quidem attollen-

tollentes ſuperiorẽ palpebram quám molliſſimé. ὡς ὅτι τάχιϛα, quám celerrimé.

Dicitur & ὅσον pro ὅτι ſeu ὡς: ut ὅσον πλεῖϛον, quám plurimum. ſic ὅσον τάχιϛα, quàm celerrimé: ὅσον αὐτίκα, quám primum, protinus. item ὅσον οὐ, ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, tantúm non, ferme. at θαυμαϛὸν ὅσον, & θαυμαϛὸν ἡλίκον, mirum in modum, ut μικρὸν ὅσον, ὀλίγον ὅσον, & apud poetas βαιὸν ὅσον, βραχὺ ὅσον, paululum, pauxillum.

Cap. 16. De ὡς, & apoſtropho ex πρό.

Ως ad multas ſpecies pertinet: nã & ſimilitudinem ſignificat, οὕτως ἐποίησα ὡς ἐκέλευσας, ita feci ut juſſiſti. Θεὸς ὥς, veluti Deus. ἔϛιν ὡς, eſt quomodo.

Et relationem, ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς

ἀλλήλοις ἀγόρευον, ſic illi inter ſe loquebantur. Item capitur pro Poſtquam, ὡς τὰ παρ' ὑμῶν ἐπύθοντο, poſtquam veſtra audierunt.

Et pro Ad, ᾠχόμην ὡς τὸν Θεὸν, perrexi ad Deum. Item aliis pleriſq; modis capitur. Servit aliquando infinito. Heliodor. ὡς μή τινα ἐγγενέσθαι ὑπόνοιαν, ne qua ſuſpicio ſuboriretur. Hinc illa, ὡς φάναι, ὡς εἰπεῖν, ut ſic dicam. ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut uno verbo dicam. Demoſth. ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς, ut ſummatim dicam: & ſimilia. Sic ὥστε cum infinito conſtruitur: ὥστε δύνασθαι, ut quis poſſit. & interpoſito ἢ: Baſil. μικρότερον ἐμαυτὸν κρίνων, ἢ ὥστε τοιαύτης τυγχάνειν χάριτος, inferiorem me ipſum judicans, quàm ut talem conſequar gratiam. Interdum etiã finito: Demoſth. εἰς τοῦτο ἥκει ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέγειν, eouſq; impudentiæ prorupit, ut audeat dicere.

Eſt aliquando apoſtrophus ex προ ante ε & ο in ου: ut προέχω προὔχω, emineo: προέλαβε, προὔλαβε, anticipavit, prævertit: προέδωκας, προὔδωκας, prodidiſti: προετίθει, προὐτίθει, proponebat: προόπτον, προὖπτον, prævisum: προοφείλω, προὐφείλω, ante debeo: πρὸ ὀλίγου, προὐλίγου, paulo anté.

Cap. 17. De præpoſitionum pleonaſmo, anaſtrophe, & apoſtropho.

Præpoſitio ſæpe cum ſuo compoſito repetitur. Eucl. ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα, ſi ab æqualibus æqualia ablata ſint, reliqua ſunt æqualia. Xenophon, ὥσπερ ἐν ἵπποις, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρώποις τισὶν ἐγγίγνεται, ut in equis, ita & in hominibus quibuſdam ingeneratur. Item, σὺν βασιλεῖ συστρατεύεσθαι, cum rege commilitare.

Atq; hic pleonaſmus in primis Ciceroni placuit: Invadere in, Accedere ad, Intereſſe inter, & ſimilia feré perpetua.

Præpoſitio interponitur eleganter inter adjectivum & ſubſtantivū, aut poſtponitur ſubſtantivo accentu retracto, ut ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ noſtra in domo, εἰρήνης πέρι de pace: ἀνὰ tamen & διὰ accentum retinent ob ambiguos caſus ab ἄναξ & Ζεύς, ἄνα & δία.

Quód ſi præpoſitionis ultima elidatur, accentus etiam eliditur, ut τούτου παρ' ἔλαβον, hoc ab accepi.

Cap. 18. De conjunctionibus.

Conjunctionum convenientia eadem feré eſt quæ Latinis.

Copulativa καὶ &, contractionem propriam habet.

Ante α & ε contrahitur in ᾳ, καὶ ἄν, κᾄν, etſi: καὶ ἐν, κᾀν, & in: καὶ ἐκ, κᾀκ, & ex:

καὶ

ϗ ἐκεῖ, κἀκεῖ, & illic: ϗ ἐκεῖνος, κἀκεῖνος, & ille: ϗ ἐμοὶ, κἀμοὶ, & mihi, ut & κἀγὼ ex ϗ ἐγὼ, & ego.

Ante ο contrahitur in ω, ϗ ὁ μάντις, χῶ μάντις, & vates: at, ϗ ἁ σύριγξ, χἀ σύριγξ, & fiſtula.

Καὶ ſemper præponitur, σὺ ϗ Πέτρος, tu & Petrus: ϗ Σωκράτης γράφει ϗ Πλάτων, & Socrates ſcribit & Plato. τε que poſtponitur, & ipſi ϗ præponitur interdum, Θεοί τε ϗ ἀνέρες, Deiq; & homines: interdum geminatur, καλός τε μέγας τε, pulcherq; magnusq;.

Numerale adjectivum differentiã Latinam nõ ſervat intercedente conjunctione καί. Demoſth. dicit quidem δύο ϗ τριάκοντα, duo & triginta: item ἑκατὸν ϗ εἴκοσι, centum & viginti: & χίλια ϗ διακόσια, mille & ducenta: at cõtrà etiam dicit, τοὺς διακοσίους ϗ χιλίους, ducentos & mille. Item Latinis il-

lud diſſimile, apud eundem, μίαν ἑξή-
κοντα, unam ſexaginta: & πέντε ἑξήκον-
τα, quinq; ſexaginta.

Connexiva, ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς, ſi di-
miſero eos. εἰ ſæpe jungitur præterito
infecto: Demoſthenes, εἰ γὰρ ἠβούλεσθε, τί
ἦν ἐμποδών; ſi enim volebatis, quid erat
impediméto? id eſt, voluiſſetis: Idem,
εἰ δὲ τοῦτο ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἄν, ſi hoc u-
nuſquiſq; feciſſet, viciſſent utiq;. Jun-
gitur & prȩſenti tertio: εἰ βούλοιο, ſi vel-
les: & addito ἄν, εἰ βούλοιο ἄν. Iliad. α,

εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,

*Si enim iram etiam ipſo die conco-
xerit.*

Diſcretiva μὲν præcedit, δὲ ſequi-
tur: ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δὲ ἀμήσον-
ται, alii quidem ſeminant, alii veró
metent. Quandoq; pro δὲ reſpondet
ἀλλά: Iliad. ε,

Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ

μαχη-

μαχητής,

Tydeus parvus quidem erat corpore, verúm bellator.

Plato, ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ Γλαύκωνος ἠγασάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην, ſemper quidem naturam Glauconis admiratus ſum, ſed præcipué tum ea ſum delectatus. αὐτὰρ aſt: Homer. αὐτὰρ ἐγὼ, aſt ego. Sic μὴν, ὅμως, tamen.

Disjunctiva: ἢ νὺξ, ἢ ἡμέρα, aut nox, aut dies: ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, aut bonū, aut malum. Aliquando ἢ diſtinguendo interrogat: Demoſthenes, πότερον πάντα ταῦτα ποιῶν ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; utrúmne omnia hæc faciens injuriabatur, & fœdera violabat, & ſolvebat pacem, an non?

Cauſalis: γάρ. Æſchylus, σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; tu enim vicum ad defectionem ſolicitaſſes?

Ἵνα. Ariſtophanes, ἵνα λάβοιεν, ut ca-

perent. Demoſth. ἵνα εἰδῆτε, ut intelligatis. Idem, ἵν' ᾖν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις, ut ſit veré civitatis robur.

Ἐπειδή. Plat. ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ῥᾴδιον ἔσται, præſertim cúm facile ſit futurum.

Ὅπως. Ariſtophanes, ὅπως ἐφάνης, ut videreris. Xenophon, πραγματεύονται ὅπως ἄρξωσιν, μᾶλλον ἢ ὅπως ἄξιοι ἔσονται τούτων, laborant ut imperent, potiús quám ut digni ſint imperio.

Ὄφρα. Iliad. ι, ὄφρα ταρχύσαιο, ut ſepelires. & alibi, ὄφρα ἴδῃς, ut videas.

Ὅτι. Iſocr. ὅτι οὐ δίκαιόν ἐστιν οἶδα, quód non juſtum ſit novi. Xenophon, λέγω δὲ ὅτι ἀφανίζουσι, dico quód obſcurant.

Ratiocinativa: ἄρα. Syneſius, κἂν ἄρα γε ἵππον τις πριάμενος, μὴ ἐπίσταιτο, etiamſi quis igitur equum emens, neſciat.

Οὖν. Iſocrat. ἡδέως ἂν οὖν αὐτῶν πυθοίμην,

μὴν, libẽter igitur eos interrogarem.

Ἄρα οὖν. Plato, ἄρα οὖν ἐκ τοῦδε ὁ τοιόνδε γίγνεται, igitur ex hoc tale efficitur.

Οὖν ἄρα. Philo de mundo, ὅπου ποτ' οὖν ἄρα τὰς ῥίζας καθῆκε, σκεπτέον, ubinã igitur radices egerit, conſiderandum̃.

Τοιγάρ. Sophocles, τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν, itaq; quod reliquum eſt, ſciemus diis cedere.

Conjunctionum aſyndeton Græcis eſt, ut Latinis. Hom. Iliad. ι,

ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος,
Sine tribu, ſine jure, ſine lare eſt ille,
Qui bellum amat in populo aſperum.

Hîc deeſt καὶ &c. Socrates apud Stobæum, εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον, etiamſi rex natus fueris, ut mortalis audito. Hîc deeſt ὅμως, attamen.

Potentialis particula ἂν ſæpe deeſt, & poetis κὲ, κέν. Arrian. ὦ βασιλεῦ, μία

πόλις ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐρημωθεῖσα, ἔτι καλῶς πολιτεύοιτο, ô rex, una civitas centum viris bonis orbata, adhuc pulchré adminiſtrari poſſit. Demoſthenes, ταῦτά μοι πάντα πεποίηται, καὶ οὐδείς πώποτε ἀνθρώπων εὕροι ὃ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθὲν, hæc á me omnia facta ſunt, & nullus unquam hominum invenire poſſit quicquam, quod quidem in me fuerit, á me prætermiſſum.

Polyſyndeton eſt frequentius. Heſiodus,

> ἥ τε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον
> ἐγείρει,
>
> *Quæ etiam inertem ſimiliter ad opus*
> *excitat.*

Hîc τε vacat. Lucian. καλὰ μὲν γὰρ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τῷ Διΐ, pulchros enim, ô Latona, etiam liberos peperiſti Jovi: μὲν vacat. Ariſtotel. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ

συμβε-

συμβεβηκὸς, non enim hominem ſanat medicus, niſi per accidẽs. ἀλλὰ vacat.

Finis libri tertii.

PETRI RAMI PROFESSORIS REGII GRAMMATICÆ GRÆCÆ Liber quartus, de Rectione.

Cap. 1. De rectione genitivi á ſubſtantivo.

VARIA nomina genitivo regunt ſubſtantivum, comparativum, ſuperlativum, partitivum, & adjectivum multiplex.

Regens ſubſtantivum aliquando reticetur, ut Νηλεὺς ὁ Κόδρȣ, Neleus Codri: ſupple υἱὸς, filius. Lucianus,

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, Ptolemæus Lagi. Thucydid. Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, Pericles filius Xanthippi. Contra, υἱὸς additur ex abundanti, ut υἷες Ἀχαιῶν, filii Achivorum, ait Homerus, pro Ἀχαιοὶ, Achivi. Hac ſyntaxi regitur in genitivo primitivum pronomen, tanquam ſubſtātivum, ut πατὴρ ἡμῶν, pater noſtri, pro pater noſter. Baſil. ἐθαύμασάν σου τὴν ἀρετὴν, admirati ſunt tui virtutem, pro tuam. Ariſtot. οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, non faciet ſuiipſius opus, pro ſuum. Gregorius, τὰ σφῶν ἡδέως κερδαίνουσιν ἁμαρτήματα, ſui libenter lucrifaciunt peccata, pro ſua.

Hac eadem ſyntaxi regitur ſecundum relativum. Polyb. Γάϊος Τερέντιος ἀλυσιτελῆ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ τῇ πατρίδι πεποιημένος, Caius Terentius, qui inutile imperium ipſius reddidit patriæ: pro ſuum. Homerus,

τὴν

τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδεται, ὡς καὶ ἐγὼ τὴν, *Ipſius amat & curat, ut & ego hanc:* αὐτοῦ ipſius, pro ἧν ſuam.

Poſſeſſiva meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, regunt Latiné genitivos certorum generum, ſed Græcé multó etiam licentiús. Lucian. ὅλως δὲ τἀμὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, ac in ſumma res meas hi dilapidant infelicis. Idem, τοῦτο ἂν εἴη σὸν τοῦ δικαστοῦ, id fuerit tuum judicis. Auſus eſt illud ſimile Tullius, Tuum hominis ſimplicis pectus vidimus.

Cap. 2. De comparativis.

Comparativus ſervit genitivo. Herodotus, ὦτα τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, aures ſunt infideliores oculis. Cui diſſimilis eſt genitivus ille, πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κῆρες ὤλεσεν ἄνδρας, multó utique plures famæ ſatu-

ritas perdidit.

Poſitivus eſt pro comparativo. Demoſthenes, πέντε τάλαντα ῥᾴδιον ἐκτῖσαι, ἢ πέντε δραχμὰς ἀνέξεσθαι, quinque talenta facile ſolvere, quám quinque drachmas tolerare: ῥᾴδιον facile pro ῥᾷον facilius. Redundat aliquando μᾶλλον. Euripid. θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος, Ἢ ζῶν, mortuus veró fuerit magis felicior, quám vivus. Vel μᾶλλον hîc per *longé* reddendum. Herodotus, διέδεξε ἐν τούτοισι ὁ Θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζώειν, demonſtravit in his Deus, quód melius ſit homini mori magis, quám vivere.

Cap. 3. De ſuperlativis.

Superlativus, ut Latiné, ſervit genitivo plurali. Euripid. ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν, ἀπαιδευσία, maximus

mus in hominibus morborum omnium, eſt impudentia.

Aliquando ſervit genitivo ſingulari. Thucyd. μάλιςα τῆς γῆς ἡ ἀρίςη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν, maximé terræ (pro terrarum) optima ſemper mutationes habitatorum habebat.

Pleonaſmus ſuperlativi.

Et hîc aliquando pleonaſmus eſt notabilis. Hippocrat. ὁ ἄνθρωπος τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων θερμότατός ἐστι αὐτὸς ἑωυτοῦ, τῇ δὲ ὑςάτῃ ψυχρότατος, homo primo dierum calidiſſimus eſt ipſe ſui ipſius, poſtremo veró frigidiſſimus. Herodot. κέεται μακρὴ ἡ λίμνη πρὸς βορέην τε καὶ νότον, ἐοῦσα βάθος (τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς) πεντηκοντόργυιος, ſita eſt in longitudinem palus ad Boream & Notum, altitudine (qua parte profundiſſima eſt ipſa ſeipſa) quinquaginta paſſuum, ſeu ulnarum.

Superlativus, ut Latinè, convenit genere cum caſu rectionis. Herodotus, κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον, ἀνὴρ φίλος συνετός τε καὶ εὔνοος, poſſeſſionum omnium precioſiſſima eſt vir amicus, prudens & benevolus. Ariſtot. μεταβολὴ, πάντων γλυκύτατον, mutatio omnium dulciſſimum. Aliquando diſſentit genere. Herodot. πόντος πελαγέων πάντων πέφυκε θαυμασιώτατος, pontus, pelagorum omnium, naturaliter eſt mirificentiſſimus.

Hîc aliquando μάλιστα redundat. Herodot. μάλιστα λογιώτατοι, maximè eloquentiſſimi, pro longè.

Comparativus aliquando eſt pro ſuperlativo. Lucian. de tribus deabus, ἄπιτε ἐς τὴν Ἴδην παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα, ὃς οἶδε διαγνῶναι τὴν καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, abite in Idã, ad Priami filium, qui novit dignoſcere pulchriorem, cúm

cúm ſit amator pulchritudinis. Hîc καλλίονα eſt pro καλλίϛην. Et Lucianus (ut antea patuit) ait in eadem re, ἥτις αὐτῶν καλλίϛη, quæ ipſarum pulcherrima.

Superlativus contrá aliquando eſt pro comparativo. Ariſtot. κινητικώτατά ἐϛι κυήματα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων, maximé ſe in utero movere ſolent mares quam fœmellæ: pro κινητικώτερα, ſe magis movere ſolent.

Cap. 4. De partitivis.

Reliqua adjectivorum rectio pené Latina eſt.

Partitivum conſimiliter convenit genere cum caſu rectionis. Iſocrat. αἰσχρὸν τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων, turpe pictores quidem exprimere pulchra animalium,

filios veró non imitari probos parentum. Hippocrat. οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίγνονται ἀπὸ χολῆς, plurimæ febrium gignuntur á bile.

Aliquando genere diſcrepat. Herodot. πίτυς μούνη δενδρέων πάντων ἐκκοπεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετίει, ἀλλὰ πανωλέθρως ἐξαπόλλυται, pinus ſola omnium arborum exciſa germen nullum remittit, ſed prorſus interit.

Cap. 5. De adjectivis participationis, dominatus, precii.

Adjectiva item participationis, dominatus, pretii, & ſimilia, genitivo ſeruiunt. Homerus,

πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, ---

Omnibus enim hominibus in terra degentibus vates

Hono-

Honoris participes ſunt, & venerationis.

Sophocles, εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών, beati, quibus malorum expers vita. Aratus,

μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.

Plenæ veró Jovis omnes quidem viæ.

Xenophon, οἰκουμένη χώρα πολλοῦ ἄξιον κτῆμα· ἐρήμη δὲ ἀνθρώπων οὖσα, ἐρήμη καὶ τῶν ἀγαθῶν γίγνεται, habitata regio, multi digna poſſeſſio eſt: quæ veró eſt deſerta & deſtituta hominibus, deſerta quoq; ac deſtituta bonis efficitur. Theognis,

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλοι πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος
τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς, οὐδὲ νόου.

Qui autem exceſſerit potus menſuram, non amplius ille
Suæ linguæ compos, neq; mentis.

Polybius, τῆς πόλεως ἐγκρατὴς, civitatis

dominus. Xenophon, *ἀντάξιον τῶν πάντων χρημάτων*, æquiparabile omnibus pecuniis. Plato ex Hom.

> *ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,*
> *Medicus etenim vir eſt multis æquiparabilis aliis.*

Sic *ἴδιος* proprius, *κύριος* præcipuus: *ἔνοχος θανάτου*, reus mortis: *τὰ ἐναντία τοῦ συμφέροντος*, contraria utilitatis.

Quædam tamen hîc dativo ſerviunt: *παῖδες ὅμοιοι πατρὶ*, filii ſimiles patri. Iſocrat. *κακοὺς εὐποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσι*, malis benefaciens, ſimilia patieris alienas canes nutrientibus. Heſiodus,

> *λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί,*
> *Fames enim prorſus otioſo ſocia viro.*

Sic *ἴδιον, κοινὸν*, & ſimilia. Sic *παρθένοισιν καλὸν*, virginibus honeſtum: *χρήσιμον πόλει*, utile civitati: *γυνὴ ἀντίρροπος τῷ ἀνδρὶ,*

ἀνδρὶ, mulier æquilibris viro, id eſt æquiparabilis. Xenophon, πάντη πάντα τοῖς Θεοῖς ὕποχα, ubiq; omnia diis ſubjecta ſunt. Sic ἔνοχος & ὑπεύθυνος. Lycurg. τῷ προδότῃ τῆς πατρίδος χάριν θέμενος, προαιρήσεται ὑπεύθυνος εἶναι τῇ παρὰ τῶν Θεῶν τιμωρίᾳ, proditori patriæ gratiam ſtatuens, optabit obnoxius eſſe á diis ſupplicio. Idem, ἐψηφίσατο ἐνόχους εἶναι τῇ προδοσίᾳ τοὺς φεύγοντας τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον, decrevit reos eſſe proditionis, qui pro patria periculum fugerent. Sic Lucian. ἔνοχος τῇ παρανομίᾳ, reus violatæ legis.

Cap. 6. De adjectivis ſtudii.

Lucianus, σὺ γὰρ ἔμπειρος εἶ τοῦ χωρίου, tu enim perita es loci. Ariſtot. ἄπειροι τῶν ὀνομάτων παραλογίζονται, imperiti nominum, captioſé diſputant. Sic adjectivum ſenſus. Lucian. ὁ τοῦ θανάτου με

φόβος ἀναίσθητόν τῆς ὀδύνης ἔθηκεν, mortis metus me ſenſu doloris privavit.

Pertinet huc adjectivum in ικός. Procl. γνωστική ἐστι μεγεθῶν καὶ σχημάτων ἡ γεωμετρία, ſpeculativa eſt magnitudinum & figurarum, Geometria. Ariſtot. φυλακτικὸν σώματος ὑγεία, conſervativum corporis, ſanitas.

Quædam generis hujus dativo ſerviunt. Linus,

> Ῥάδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.
>
> *Facilia omnia Deo factu, & impoßibile nihil.*

Sic χαλεπὸν difficile, βαρὺ grave.

Adjectiva quædam ſerviunt infinito, ut Latinis ſupino vel gerundio. Homerus,

> ἀργαλέος γάρ τ' ἐστὶ Θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι,
>
> *Difficilis etenim eſt Deus mortali viro do-*

ro domari. id eſt, *Deus homini mortali difficilis eſt domitu.*

Xenophon, οἱ Θεοὶ ἱκανοί εἰσι καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται, dii idonei ſunt etiam é magnis citó parvos facere, & parvos, etiãſi in malis ſint, ſervare facilé, quando volunt.

Cap. 7. De rectione verborum in accuſativo.

Activa accuſativum ſimiliter Latinis regunt. Iſocrat. τὸν μὲν Θεὸν φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου: &, τὰς ἡδονὰς θήρευε τὰς μετὰ δόξης, Deum quidem metue, parentes veró honora, amicos autem reverere: voluptates venare conjunctas cum gloria. Sophocles, ὡς ἡμέρα κλίνει κἀνάγει πάντα τἀνθρώπεια, ut dies premit atque extol-

lit omnia humana.

Anomalia caſus.

Anomalia caſus hîc eſt elegans in relativo recto ab antecedente verbo, cúm á ſequente debuerit, finitima illi, λόγοι, αἷς ἐλπίδας ὀνομάζομεν. Illa communis fuit Latinorum, hæc Græcorum tota eſt. Iſocrat. ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις μείζους ὧν ἔμελλον ἐπιτελεῖν, facere promiſſiones majores quibus eſſent præſtaturi: id eſt, quám quas: ὧν pro ἅς. Plutarchus, ἔχαιρεν οὐχ οἷς εἶχεν, ἀλλ᾽ οἷς ἀποδώσειν ἔμελλε, gaudebat non quibus habiturus, ſed quibus redditurus erat: οἷς quibus, pro ἃ quæ. Halicarnaſſeus tamen dixit, βούλομαι καὶ περὶ τῶν ἀφορμῶν εἰπεῖν, αἷς ἐχρησάμην, volo etiam de occaſionibus dicere, quibus uſus ſum. ὧν ex illo helleniſmo eſſe debuerat. quod aliás tamen frequens eſt.

Paſſiva.

Paſſi-

Paſſiva genitivum regunt. Iſocrat. ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε, τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις, æqué turpe puta, ab inimicis vinci maleficiis, atq; ab amicis ſuperari beneficiis. Hîc tamen dativus etiam frequenter eſt. Demoſthenes, βαδιοῦμαι δὲ ἐπ' αὐτὰ, ἃ πέπρακταί μοι, pergam autem ad ea, quæ mihi geſta ſunt, id eſt, á me: ut Cicero, Quæ mihi probantur, id eſt á me.

Neutra, deponentia, communia.

Neutra, deponentia & communia ſignificationis activæ vel paſſivæ, activorum & paſſivorum rectionem imitantur: Abſoluta veró, ponuntur abſoluté. ut, φεύγω καὶ λανθάνω σὲ, fugio & lateo te: ἀναβαίνω τὸ ὄρος, aſcendo montem. Item illa ſimilia ſunt Latinis, ὁδὸν πορεύεσθαι, viam ire: οἱ πνέοντες

μεγάλα, ſpirantes grandia. At πλουτῶ diteſco, ζῶ vivo, ὑγιαίνω valeo, abſoluta ſunt.

Deponentium præterita aliquando paſſivé ſignificant, pręcipueq; participia, more Latinorum: μεμηχανημένος, molitus: ἐωνημένος, emptus: πεπολιτευμένος, adminiſtratus.

Communia, ut ἐργάζομαι τὴν γῆν, colo terrã: καὶ ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ' ἐμοῦ, & terra colitur á me. Demoſthenes, ὡς φαῦλον οὐκ ἀμυνόμεθα, quód improbũ non ulciſcimur. Idem, ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦτα, bene ego ea ratiocinor. Iſocrat. παραλογίζονται σφᾶς αὐτοὺς, decipiunt ſeipſos. Ariſtot. παραλογίζεται ἡ διάνοια ὑπ' αὐτῶν, decipitur mens ab ipſis.

Cap. 8. De ſpeciali rectione in genitivo, ac primó á verbis ſenſus.

Sed præter generalem activi & paſſivi rectionem, ſpecialis verborum variorum rectio multiplex eſt per caſus; genitivum, dativum, accuſativũ. Genitivo ſerviunt verba ſenſus, ſtudii, memoriæ, dominatus, judicii, participationis, precii, copiæ & differentiæ.

Senſus. Ariſtoph. εἴ τις αἴσθηται ψόφου, ſi quis ſentiat ſonum. Demoſthenes, ὡς ἐγώ τινος ἤκουσα ἀνδρὸς, ut ego á viro quodam audivi. Idem, ἀκούω ἔγωγε τινῶν λεγόντων, audio ego quoſdam dicentes. Baſilius, δογμάτων θείων ἐπακούειν, dogmata divina audire. Ariſtophanes; ὀσφραίνεται τοῦ ψύχους, olfacit frigus. Eurip. ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι

κακῶν, qui enim non conſuevit guſtare mala. (Lucianus tamen ait γεύσάμενος γάλα, guſtans lac) Euripides, δυσχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρὸς, difficile tangere ægrotantem virum. Ariſtoph. καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο, & primó quidem caput attigit. Excipe verba viſus, ὁρῶ, βλέπω. Demoſth. ὁρᾶτε δὲ κἀκεῖνο, videtis autem & illud. Idem, τοὺς αὐτοὺς ὁρῶ, eoſdem video. Sic Heſiod. μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, neq; judicium judicaris priuſquam amborum orationem audiveris.

Sed Attica ſyntaxis omnino eſt, verba ſenſus omnia cum accuſativo conſtruere.

Cap. 9. De verbis ſtudii.

Lucianus, συγγνώμη εἰ ἄνθρωπος ὢν ὠρέχθη δόξης ἡδίστου πράγματος, venia ſit, ſi, ho-

ſi, homo cúm ſit, appetiit gloriã ſuauiſſimam rem. Oppianus, ἱμείρει δὲ πόνων, ἐρᾷ δὲ θαλάσσης, deſideret labores, ametq; mare. Sic ἐπιθυμεῖν κόρης, appetere puellam: μακροῦ βίου χρῄζειν, longam vitam deſiderare: θαυμάζειν δυναστευόντων, mirari dominantes. Ariſtophanes, σοῦ δ' οὐ φροντιῶ, tui veró curam non habebo. Sic πάντων ἐπιμελεῖσθαι, ὀλιγωρεῖν, omnia curare, negligere. Sic καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, negligere hoſtes. καὶ ἐμοῦ καταγελῶσι, & me derident. Xenoph. ὧν μεταμέλειν ἀνάγκη, quorũ pœnitere neceſſe. Heſiodus,

ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, incipe meſſem.

εἴχοντο τῶν ἑξῆς πραγμάτων, inſiſtebant reliquis negotiis. φείδομαι σίτου, parco cibo. Sic πειρᾶν τῶν φίλων, tentare amicos: παραδοχῆς ἀξιωθῆναι καὶ πίστεως, receptaculo dignum haberi & fidé.

Cap.10. De verbis memoriæ & oblivionis.

Stobæus, ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης, homo cúm ſis, memineris communis fortunæ. Iſocrat. τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο, abſentium amicorũ memineris. Homer. οὔποτε λήσομαι αὐτῶν, nunquam obliviſcar ipſorum. Heſiodus,

> καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν,
>
> *Et certé juſtitiam audi, violentiæ veró obliviſcere prorſus.*

Attamen Heſiodus idem dixit,

> τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον.
>
> *Tunc igitur lignum ſeca, recordatus tempeſtivum opus.*

Cap.

Cap. 11. De verbis dominatus.

Iſocrates, τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, famulis præeſſe: ἡδονῆς κρατεῖν, voluptati imperare. Sic δεσπόζειν, κυριεύειν, δυναστεύειν, βασιλεύειν, τυραννεῖν, dominari, præeſſe, regnare. Theocritus,

> ῥέξαντες καλὰ ἔργα, σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν,
>
> *Qui fecerunt præclara facinora, ſapientibus potiti ſunt poetis.*

Heſiodus,

> ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ᾽ ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ,
>
> *Potitus utiq; eſt honore, qui potitus eſt vicino bono.*

Cap. 12. De verbis judicii.

Procl. Σωκράτης ἐν Γοργίᾳ τὸν Καλλικλέα τῆς ἀπάσης καὶ ἀκολάστου ζωῆς αἰτιώμε-

νος, γεωμετρίας, φησὶν, ἀμελεῖς, Socrates in Gorgia Calliclem confuſæ & protervæ vitæ accuſans, Geometriam, inquit, contemnis. Lycurg. τὸν μὲν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας, mortuum quidē condemnare proditionis. Lucianus. Τί δὲ ἄλλο ἢ ἀφεῖσθαι αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος; quid autem aliud, quám abſolutum eſſe ipſum crimine? Idem, ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας, abſolvimus te crimine. συγγινώσκω σοὶ τῆς ὕβρεως, ignoſco tibi contumeliam. ἐκατηγόρει αὐτὸν φόνου, accuſabat eum cædis. μέμφεταί σοι ἀχαριστίας, inſimulat te ingrati animi. βασκαίνει μοὶ τῆς χάριτος, invidet mihi gratiam. Diſſimilia ſunt illa: Lycurg. Καλλιστράτου θάνατον ἡ πόλις κατέγνω, Calliſtrati mortem civitas damnavit: pro, Calliſtratū morte civitas damnavit. Herodotus, σεαυτοῦ καταδικάζεις θάνατον, tuiipſius adjudicas mortem: id eſt, adjudi-

judicas te morti. Iſocrates, ὁ μὲν τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε, morti quidem omnes fatum adjudicavit. Dicitur etiam κατηγορῶ σε φόνου, accuſo te cædis: & κατηγορῶ σου μωρίαν, accuſo te ſtultitiæ. At Phalar. κατηγορῶ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ſtupiditatem meam damno.

Cap.13. De verbis participationis.

Demoſthenes, ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυχεῖν, dignus ſum laudem conſequi. Idem, παρὰ πάντων ἑκόντων ἀνυπόπτου τυχεῖν εὐνοίας, ab omnibus volentibus, non ſuſpectam conſequi benevolentiam. Iſocrat. πρέπει τοὺς παῖδας, ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν, decet filios, ut hæreditatis, ſic & amicitiæ paternæ hæredes fieri. Sic μετέχειν, participem eſſe: κοινωνεῖν,

commune habere. Sic etiam Lucian. ὄναιο αὐτῶν, fruereris iis. ἀπολαύω πλούτου, fruor divitiis. Tale eſt αἱροῦ τοῦ κρείττονος, elige melius: εὐσεβείας ἔχου, pietatem amplexare. & apud Heſiod.

παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος οὐδέ τι νυκτῶν,

Quieſcent á labore & ærumna ne noctibus quidem.

Attamen Ariſtophanes dixit, οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοὶ, nõ enim participabas æquales plagas mihi. Item Lucianus, καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν, & quoddam malum ſubeamus. Sic ſervit genitivo vel accuſativo, δρέπομαι decerpo: δρέπομαι τῶν ἀνθέων, & δρέπομαι τὰ ἄνθη, decerpo flores. πίνω τοῦ ὕδατος, & πίνω τὸ ὕδωρ, bibo aquam. Sed partis nomen in genitivo frequenter eſt: ut apud Lucian. πιὼν τῆς ἀθανασίας, qui de immortalitate biberit. Sic μεταδί-

παδίδωμι τῆς πολιτείας, dono civitate. at δωρoῦμαι σὲ χρήμασι, & δωροῦμαι σοὶ χρήματα, dono te pecuniis, & dono tibi pecunias. ἀφαιροῦμαι σοῦ τόδε, & ἀφαιροῦμαι σὲ τόδε, aufero tibi hoc.

Aliquando accuſativus etiam in paſſivo retinetur: Plut. ἀφαιρεθεὶς τὴν ἀρχὴν, privatus imperio. Eurip. τήνδ' ἐκ χερῶν ἁρπάζομαι, hæc mihi é manibus eripitur.

Cap. 14. De verbis pretii.

Sophocles, οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου, nulla ratione emerim. Lucianus, πιπράσκει με πέντε καὶ εἴκοσι ἀττικῶν, vendit me quinque & viginti atticis. Xenoph. τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ Θεοὶ, laboribus vendũt nobis omnia bona dii. Heliodor. χρυσᾶ χαλκείων ἠλλάξατο, aurea æneis permutavit. Lucian. πέντε δραχμῶν ὠνησάμην,

quinq; drachmis emi. Æſch. αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία, ſanguine eſt virtus venalis.

Pretium etiam in dativo ponitur. Chryſoſtomus, ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον περιάμθυος, ſua morte gregẽ redimens.

Cap. 15. De verbis copiæ & contrarii.

Ariſtophanes, αἱ δὲ λήκυθοι μύρου γέμουσι, lecythi autem unguento abundãt. Demoſthenes, ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται, præſens igitur occaſio multa cura conſilioq; indiget. Sic πληρῶ τὸ ἄγγος οἴνου, impleo vas vino: γεμίζω τὴν φιάλην ὕδατος, repleo phialam aqua: ἐκένωσα τὸν οἶκον κλεπτῶν, vacuam feci domum furibus. Item, γυμνῶ σὲ τῶν ἱματίων, nudo te veſtibus. ὁ λόγος ἀποστερηθεὶς τῆς φωνῆς, oratio privata voce. Sic Heſiod.

ἔργου χατίζειν, opere indigere. Euripides, γυνὴ ἀνδρὸς ἁμαρτάνουσα, mulier viro fruſtrata. Idem, ἑνὸς γὰρ οὐ σφαλέντες, uno enim non fruſtrati.

Cap. 16. De verbis differentiæ.

Ἡ ἄκαιρος εὔνοια, οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, intempeſtiva amicitia, nihil ab inimicitia differt. Ariſtot. φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων, dicunt nihil differre dimidio vitæ beatos á miſeris. Demoſth. ὀλίγου δέω λέγειν, modico egeo dicere: id eſt, parum abeſt quin dicam. Idem, τοσοῦτον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει, tantum abeſt ut factum ſit. Idem, ἀφεστῶτα τοῦ βασιλέως, deficientẽ á rege. Sic ἀπέρχομαι τῆς πόλεως, abſcedo á civitate, ἀπέχεται τῆς βρώσεως, abſtinet á cibo: ut Pythagoras, κυάμων ἀπέχεσθαι, á fabis

abſtine. Phocyl. πλούτου μὴ φείδου, divitiis ne parcito.

Cap. 17. De verbis dativum regentibus.

Omne verbum vi acquiſitionis, dativum regit. Galenus, ἡμεῖς οὔτε Γερμανοῖς, οὔτε ἄλλοις τισὶν ἀγρίοις ἢ βαρβάροις ταῦτα γράφομεν, οὐ μᾶλλον ἢ ἄρκτοις, ἢ κάπροις, ἢ λέουσιν, ἢ τινι τῶν ἄλλων θηρίων, ἀλλ' Ἕλλησι, nos nec Germanis, nec aliis ullis agreſtibus aut barbaris hæc ſcribimus, non magis quám urſis aut apris aut leonibus, aut alicui aliarum ferarum, ſed Græcis. Varietas hujus rectionis infinita eſt. Exempla generum pro generibus ipſis afferemus. Stobęus, ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ, μαίνεται, qui dat jusjurandum improbo, inſanit. Pindarus, ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι, unum

num ad bonum, mala duo impertiũt mortalibus immortales.

Heſiodus,

πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε,

Omnem veró ejus corpori ornatum aptavit.

Sic συμφέρειν conferre, χαρίζεσθαι indulgere, gratificari: βοηθεῖν auxiliari; ἤγγισε τῇ πύλῃ, appropinquavit portæ. Theognis,

ἐὰν δὲ κακοῖσι συμμιγῇς,

Quód ſi malis commixtus fueris.

ut Virgilius, *Miſta Deo mulier.* Sic ἐπιστέλλειν mittere, ἐπιτάττειν præcipere, ἀνάσσειν regere, κρατεῖν imperare, πείθεσθαι obſequi. Xenop. ἕπεσθαι δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία, ſequi videtur maximé ingratum animum impudentia. Diodorus, ταῖς εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖν ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις, felicitatem conſuevit plerunque

ſequi negligentia & contemptus. Iſocr. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλουσίοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, comitatur & cõſequitur divites quidem & potentatus amentia, & cum ea, protervia. Iſocr. τὸ τῆς ὅλης πόλεως ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι, totius civitatis mores aſſimilãtur magiſtratibus. Lucian. ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε, huic ſoli ſervire decrevit. Λακεδαιμονίοις μάχεσθαι, cum Lacedæmoniis pugnare. Quomodo & Catullus dixit,

-- noli pugnare duobus: & Virgilius,

Solus tibi certat Amyntas.

Eurip. στέργουσι συμφορᾷ νικώμενοι, victi acquieſcunt calamitati. Sic ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, acquieſcere & cõtentũ eſſe præſentibus. χρῶ τοῖς βελτίστοις, utere optimis: & χρῶμαι τὰ σὰ, utor rebus tuis. Heſiodus,

ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ᾽ ὅγε φιλήτῃσι,

qui

qui veró mulieri fidit, fidit ille quidem furibus.

Sic διαπιστεῖν τῇ τύχῃ, diffidere fortunæ.

Εὔχομαι, cúm ſupplicare ſignificat, ſervit dativo. Lycurg. εὔχομαι τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἥρωσι, ſupplico Minervæ & heroibus. Polyb. εἰρήνης πάντες εὐχόμεθα τοῖς Θεοῖς τυχεῖν, omnes ſupplicamus diis ut pacis compotes fiamus.

Atticis accuſativus eſt pro dativo: ἀφαιροῦμαι σὲ τοῦτο, pro ἀφαιροῦμαι σοὶ τοῦτο, adimo tibi hoc.

Eſt item pro dativo: οἷα μὲ ποιεῖς; qualia me facis? pro mihi.

Cap. 18. De verbis duplicem accuſativum regentibus.

Verba varia, ut Latinis, duplicem accuſativum regunt, ut docendi, monendi, celandi, faciendi, petendi, induendi, privandi. Demoſthenes, ἐγὼ δ' οὐδεπώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν

διδάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς, ego veró nunquam exiſtimavi difficile eſſe docere optima vos. Demoſth. μικρὰ γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, pauca eorum quæ facta ſunt, primó vos commonefacere. Lyſias, ὁ Διογείτων τὴν μὲν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός, Diogiton filiam quidẽ celabat mortem viri. Euripides, κρύπτειν δ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών, celare autem, quę celare oculos maſculorũ oportet. Heſiodus:

ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει,

Æqué autem peccat *&* *qui ſupplicem,& qui hoſpitem malum faciet*:

id eſt ſupplici & hoſpiti. Thucydid. ἔξεστι τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, licet Ephoris regem facere hoc, id eſt regi. Herod. ἐς ὅσον τοὺς καθ' ἕνα ταῦτα ἔπρασσε, in quantum ſingulos hæc faciebat, id eſt ſingulis. Thucyd. Τισσα-

φέρνην

φέρνῃν μὴ αἰτοῦντες χρήματα, Tiſſaphernem non poſtulantes pecunias. Æſchines, καὶ τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον, & tributa á præternavigantibus exigebant. Lycurg. κοινὰς χάριτας ὑμᾶς ἀπαιτοῦσι, publicas gratias vos rogant. Iſocrat. τοσοῦτον πλῆθος τῶν χρημάτων εἰσπράξασα τοὺς συμμάχους, tantã vim pecuniarum cúm exegiſſet á ſociis. Hom. ἕσσαι με χλαῖναν, indue me læna. Idem, ἐκ μὲν μὲ χλαῖναν ἔδυσαν, me læna exuerunt. (tamen & ἀποδύω σε τῶν ἁμαρτιῶν, exuo te peccatis, id eſt libero) Iſocr. ἀποστερεῖ με τὰ χρήματα, privat me pecuniis. (At Xen. οὐδένα ἀγαθῶν ἀπεστέρησε, neminem bonis privavit: &, στερῆσθαι τῆς κεφαλῆς, privari capite) Polybius, Φίλιππος νικήσας τοὺς Ἀθηναίους τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, Philippus cúm viciſſet Athenienſes Chæroneam pugnam.

Cap. 19. De verbis deliberativis & locomotivis.

Verba deliberativa, ut Latiné, infinitivo ſerviunt: βούλεται πίνειν, vult bibere: ᾤετο δεῖν, putabat oportere.

Hoc modo plurima verba infinitum regunt: ut ἐλπίζω ſpero, ἀκούω audio, δοκῶ videor, φημὶ dico, ὀμνύω juro, ὑπισχνοῦμαι polliceor, ἔθω conſueſco, φιλέω ſoleo: μέλλω debeo, vel futurus ſum, pręcipué infinito jungitur. Thucyd. τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν, facturos injuriam. Halicarn. ὅτε ἔμελλον ἐπιχειρεῖν τῇ γραφῇ, quando eram aggreſſurus hiſtoriam. Sed illud diſſimilius, cúm indicatur cauſa, ἔγραψά σοι ἐλθεῖν πρὸς ἐμὲ, ſcripſi tibi venire ad me: id eſt, ut ad me venires.

Verba item motus infinitivum regunt, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι,

σαι, non veni ſolvere, ſed implere. Sic Plaut. Venerat aurum petere.

Subſtantivi rectio Latinis interdũ eadem eſt, ut *tempus dicere*, Ciceroni.

Cap. 20. De imperſonalibus.

Imperſonalia primæ formæ, ſuos caſus habent. Demoſth. δεῖ δὴ χρημάτων, opus eſt pecuniis. Eurip. χρὴ φίλων, opus eſt amicis: μέτεστί μοι τοῦ οἴκου, participo domum: οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν τὸν οὐκ ἀρχθέντα, non contingit cum bene imperare, qui non paruerit.

Imperſonalia ſecundæ formæ pleraq; abſoluté ponuntur: ἀποχρώντως εἴρηται, abundé dictum éſt. Luci. ἱκανῶς τεθρήνηται, ſatis lamentum eſt. Idem tamẽ εἵμαρται γὰρ ἐκείνῳ ὑπὸ τούτου φονευθῆναι, in fatis eſt illi ab hoc occidi. Æſch. ἀπείρηταί σοι, interdictũ eſt tibi.

Quædam imperſonalia perſonalibus retexuntur: μεταμέλει μοὶ τούτου,

pœnitet me hujus, μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ, pœnitentia hujus ducor: δεῖ μοι χρημάτων, opus eſt mihi pecuniis, δέομαι χρημάτων, opus habeo pecuniis.

Cap. 21. De infinito ſubſtantivo.

Verbum ſubſtantivum regit anté & póſt eundem caſum: modó nominativum: Xenoph. νομίζω, ἐὰν ἱππεὺς γένωμαι, ἄνθρωπος πτηνὸς ἔσεσθαι, exiſtimo, ſi eques fiam, homo volucris fore: id eſt, credo me fore hominem volucrem. Demoſt. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, quando dixerit popularis eſſe. Idem, Μαύσωλος φίλος εἶναι φάσκων Ῥοδίων, Mauſolus dicens eſſe amicus Rhodiorum. Sic Ovid.

--rettulit Ajax,

Eſſe Jovis pronepos.--

Modó genitivum. Plat. ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τἄλλα σοφωτάτων εἶναι

εἶ) αἰθρώπων, ſenſi ipſos putare, propter poeſim, & alia (id eſt in aliis quoque) ſe ſapientiſſimos eſſe homines.

Modó dativum. Herodot. τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πορθμεῖ γίνεσθαι, huic non licere portitori eſſe. Quomodo & Cicero ait, Licuit Themiſtocli eſſe otioſo. Xenoph. οὐδὲν ἄλλο ἔργον καταλείπεται βασιλεῖ, ἢ ἱερεῖ μὲν τὰ πρὸς τοὺς Θεοὺς εἶ)· στρατηγῷ δὲ τὰ πρὸς τοὺς αἰθρώπους, nullũ aliud opus relinquitur regi, quám eſſe ſacerdoti, quod ad deos; & imperatori, quod ad homines attinet.

Quidam reprehendunt illud, βούλομαι ἐμὲ εἶ) ἀγαθὸν, volo me eſſe bonum. Attamen Cicero 1 Catil. dixit, Cupio me eſſe clementem.

Si infinitum & verbum præcedẽs, ad eandem perſonam attinent, accuſativus reticetur: ἔφη ποιήσειν, dixit

factum. Sic Terent. Pollicitus ſum factum.

Cap. 22. De gerundio.

Gerundium regit caſum ſui verbi, Socr. φαύλων ἔργων καὶ τοὺς λόγους παραιτητέον, facinorum malorum ſermones quoq; repudiandum. Plat. ψυχὴν ἀνόητον, αἰσχρὰν καὶ ἄμετρον θετέον, animum amentem turpem & immoderatum ſtatuendum: id eſt, animus amens pro turpi & immoderato habendus. ἐπεὶ τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερον (φασὶ) πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν, cúm medium conſequi ſummé ſit difficile, ſecunda (ut inquiunt) navigatione, minima capiendum malorũ. Quod Latini rariús imitati: Plaut. Aliqua conſilia reperiendum. Potiús autem & ſæpiús dicitur per gerundiva, Conſilia reperienda.

Aliquando dativus additur. Iſocr. θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστὶ, mortem nobis eligendum eſt.

Aliquando accuſativus duplicatur. Ariſtot. ἐπισκεπτέον οὖν τὰ μὲν αὐτὸν, τὰ δὲ τὴν γυναῖκα, conſiderandum (vel, inſpectandū) igitur alia quidem ipſum, alia veró uxorem: id eſt, alia conſiderare debet ipſe, uxor alia.

Aliquando abſq; caſu, ἰστέον ὅτι, ſciendum quód. Sic λαθητέον, ποιητέον, latendum, faciendum.

Cap. 23. De varia rectione adverbiorum.

Derivata á nominibus, primitivorum caſum, ut Latiné, retinent: ἴσα τοῖς γονεῦσιν ἐθεράπευσεν αὐτοὺς, æqualiter parentibus, coluit ipſos. ὁμοίως τοῖς παισὶν ἐπαίδευσε, ſimiliter liberis inſtituit. ἀξίως τῆς πόλεως, cōgruenter civitati.

Eurip. ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ, itaq; quilibet ſeipſum proximo magis amat. Sic ἥκιστα πάντων minimé omnium, μάλιστα πάντων maximé omnium.

Cum genitivo.

Adverbia genitivo ſerviunt quædam é localibus: ut ποῦ γῆς; ubi terrarum? Iſocr. κινδύνων ὄντας πόῤῥω, τῶν δ᾽ ὠφελειῶν ἐγγὺς, periculis qui ſunt procul, commoda autem prope. Idem, ὧν ἐγγὺς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, quos prope ipſi ſunt. Sic ἐγγύθι. Ariſtoph. τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν, longé enim habito ab agris. Sic ἐντὸς ἄστεος in urbe, ἐκτὸς (poeticé ἔκτοθεν & ἔκτοθε) ἐλαιῶν extra oleas, ἔξω βελῶν extra tela: ἕως Ἡρακλέους στηλῶν, uſque ad Herculis columnas.

Serviunt eidem caſui alia multa: ut πλησίον ὀφθαλμῶν, prope oculos:

ἐναντίον ὑμῶν, coram vobis, προπάροιθεν & προπὰρ ὁμίλου, ante multitudinē: λάθρα ſeu κρύφα τῶν ἄλλων, clam aliis νόσφι δεσποίνης, abſq; hera: ἄνευ καμάτου, citra laborem: μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, ne ſacrificato ſine farinis: χωρὶς τῶν εἰρημένων, præter ea quæ dicta ſunt: πλὴν ἄλλων, præter alios: πλὴν χρημάτων, præter nummos: σοφίας ἕνεκα, ſapientiæ cauſſa: τούτου χάριν, hujus gratia. Sic temporalia. Lucian. ὁπότε τοῦ ἔτους, quo anni tempore: ἅπαξ τῆς ἡμέρας, ſemel in die: δὶς τοῦ μηνὸς, bis in menſe: τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ter in anno: ἐφεξῆς τοῦ ἑνὸς, deinceps poſt unum: μεταξὺ λόγων, inter ſermones, inter loquendum: (ſed & μεταξὺ ὀπτώμενα, inter aſſandum) ἕως τοῦ νῦν, uſque ad præſens tempus. Demoſth. ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, uſq; ad hodiernum diem. Idem, μέχρι τοῦ δυνατοῦ, quoad fieri poteſt. ἄχρι κόρου,

uſque ad ſatietatem.

Sed quædam modó poſtponuntur ſuis caſibus, δυοῖν ἕνεκα, τούτων χωρὶς, ἐμοῦ χάριν, duorum gratia, ſine his, mei gratia. Modó ſunt media: Demoſth. τῆς ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας, privatæ cauſa ſimultatis. ἕνεκα interdum intelligitur, εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, beatum te judico propter fortunam: aut, quod ad fortunam attinet, ὦ μακάριε τῆς θέας, ô beate ob viſionem. Pro eodem poetis eſt εἵνεκα & εἵνεκεν, οὕνεκα & οὕνεκεν.

Cum dativo.

Dativum habent congregativa, ἅμα τῷ λέγειν, ſimulatq; dictum: ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, uná cum aliis.

Cum accuſativo.

Accuſativo ſerviunt jurativa: νὴ Δία, per Jovem: νὴ τὴν Δήμητρα, per Cererem: οὐ μὰ Δία, non per Jouem.

Cap.

Cap.24. De interjectionibus.

Cum nominativo.

Interjectionum quæ Latinis appellantur, ſua etiam rectio eſt, ſed varia. Eurip. οἴ ἐγὼ μελέα, hei ego miſera. Julian. epiſt. ὦ λόγος, ὦ φρένες, ὦ συνέσις, ὦ ἐπιχειρήματα, ὦ ἁρμονία, ὦ συνθήκη, ô ſermo, ô mentes, ô prudentia, ô epichemata, ô concinnitas, ô compoſitio.

Cum genitivo.

Αἴ, φεῦ, ὤ, οἴ, ἰώ, βαβαί. Favorin. αἲ αἲ τῶν νεογνῶν μου παιδίων, heu heu recéns natos meos liberos. Soph. φεῦ τοῦ θανόντος, heu mortuum. Ariſtophanes, ὤμοι σοφίας, ô ſapientiam: ὤμοι μανίας τῆς σῆς, ô inſaniam tuam. Lycia. οἴμοι τῶν κτημάτων, οἴμοι τῶν ἀγρῶν, heu poſſeſſiones, heu agros. Suid. ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδύνων, ô ô vulnera dolorifica. Favor. ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, ô meã ærumnã.

Idem, βαβαὶ τῆς εὐδαιμονίας, papæ, quæ eſt hæc felicitas.

Cum dativo.

ἰὼ, οἴ, ὤ, αἴ. Sophocles, ἰὼ, μοὶ, μοὶ, hei mihi, mihi: vel, heu mihi miſero. Ariſtophanes, οἴ μοι, περιείλημμαι μόνος, οἴ μοι μάλ' αὖθις, hei mihi, obvolutus ſum ſolus, hei mihi valde rurſus. Favor. ὤ μοι τῷ δειλῷ, hei mihi miſero. Idem, αἲ αἲ μοὶ τῶν ἀγρῶν, hei hei mihi propter agros.

Cum vocativo.

ἰοὺ, ἰοὺ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ahu, ahu, ô Jupiter rex. ἆ μὴ λέγε, ὦ πονηρὲ, ah ne dic, ô improbe. Ariſtoph. ἰὼ ἰὼ τέκνον, ohe ohe fili.

Sine caſu.

Plerunque ſine caſu ſunt. Sophocles, φεῦ φεῦ φρονεῖν, papæ papæ ſapere. Ariſtoph. φεῦ, εἴθ' ὤφελ' ὁ προμνήστρια ἀπολέσθαι κακῶς, eheu, utinam auſpex nuptia-

nuptiarum periiſſet malé. Gregor. ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην; ô quomodo ſine lacrymis horum feram memoriam? Idem, ὦ τίς Ιερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν, ô quis Ieremias deplorat noſtram confuſionẽ.

Cap. 25. De præpoſitionibus genitivi.

Præpoſitionum ſignificationes, non aliter quám exemplis definientur. Aliæ ſunt caſus unius, aliæ complurium.

Genitivo tantúm ſerviunt quatuor: duæ monoſyllabæ, ἐκ vel ἐξ, & περί: duæ diſyllabæ, ἀντὶ & ἀπό. περὶ fol. 408

Ἐκ & ἐξ.

Ἐκ ante conſonam, ἐκ πόλεως é civitate, ἐκ ψυχῆς ex animo, ἐκ καρδίας ex corde, ἐκ παίδων á pueris. Herodot. ταῦτα οἱ ἐντέτακτο ἐν Δαρείῳ, hæc

ipſi mandata erant á Dario.

Ἐξ ante vocalem, ἐξ αὐλῆς, ex aula: & tamen Theocritus dixit,

--ἀμφοτέρων ἐξ
τοίχων ἄνδρες ἔβαινον,--
--utriſq; ex
Parietibus viri gradiebantur.--

In fine verſus, ἐξ præcedit conſonam ſequentis. Sed poeta eſt.

Aliquando ſervit comparationi. Lucian. ἐγὼ ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα, ego ex omnibus pulcherrima viſa ſum: Ex omnibus, pro omnium.

Πρὸ.

Πρὸ θυρῶν, pro foribus, vel ante fores: πρὸ τοῦ πολέμου, ante bellum: δοῦλος πρὸ δούλου, ſervus præ ſervo: πρὸ τῶν ἰδίων, præ ſuis & propriis. Herod. πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, bellum præ pace optat.

Ἀντί.

Ἀντί. Demoſth. βέλτιςα ἀντὶ τῶν ἡδέων, optima pro jucundis. Hom.

σοὶ δὲ Θεοὶ τῶν δ᾽ ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν,

Tibi veró dii pro his gratiam gratam dent.

Iſocrates, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, pro mortali corpore immortalē gloriam ex permutatione conſequi. Proverb. ἀντὶ κακῆς κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς, pro mala cane ſuem repoſcis. Aliquando ἀντὶ *ex* quoq; ſignificat. Thucyd. ἀντ᾽ ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται, pro bonis mali effecti ſunt.

Ἀπό.

Ἀπό. ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους, ab equis ad aſinos: ἀπὸ πόλεως ab urbe, ἀπὸ δείπνου poſt cœnam, ἀπὸ τῆς πολυπειρίας, propter multiplicem experientiam.

Aliquando jungitur verbo judicii, καθαρεῖ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας;

ipſ ... quovis peccato.

Cap. ... De præpoſitionibus dativi.

& ... o tantúm ſerviunt duæ, ἐν

'Εν.

... οὐρανῷ, in cœlo: ἐν τοσούτῳ, inte... : ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, hac die: ἐν τῷ ... θεῷ, in Dei poteſtate. Xenoph. ἐν ... πέλταις καὶ ἀκοντίοις, cum peltis & jaculis. Theocritus,

—Λυκίδα φίλε, φαντί τυ πάντες
ἔμμεν συρικτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν
ἔν τ' ἀμητήρεσσι,—

—ô Lycida amice, ajunt te omnes
Eſſe fiſtulatorem eximium & in paſtoribus
Et in meſſoribus,—

ubi ἐν ſignificat Inter, ut Latinè *in orato-*

ratoribus, id eſt, *inter oratores*. Sic ὄνος ἐν μελίτταις, aſinus inter apes.

At ἐν ᾅδου, apud inferos: ſubauditur τόπῳ, loco: ut Latiné *ad Opis*, ſupple *ædem*. Sic ἐν διδασκάλου, in doctoris: ſupple οἴκῳ, domo: quod frequens eſt.

